 Chimus, \* Succus is, quo alimus.  
 Cicuritas, \* Mansuetudo animi.  
 Circulariter, \* In orbem.  
 Circularis, \* Probatio mutua, vel in orbem facta.  
 Circumferentia, \* Extremitas, libramentum.  
 Circumlocutio, \* Circuitio, anfractus.  
 Circumvolvo, \* In Orbem torqueo.  
 Circumvolutus, \* Circumdatus, cinctus. (tati.  
 Civitate recipere, \* Adscribere aliquem in civitate, vel civi-  
 Clancularius, \* Furtivus, clandestinus.  
 Clanculum, \* Clam.  
 Clarifico, \* Clarum facio, illustro.  
 Classici auctores, \* Plebei Philosophi, vel ut ita dicam, mi-  
 norum gentium.  
 Classicum, \* Bellum.  
 Claudere literas, \* Obsignare epistolam.  
 Clavis imperii, \* Claustra imperii.  
 Clima, quasi cingulus.  
 Coactè, \* Per vim.



Cœqualis, \* Æqualis.  
 Cœptum, \* Inceptum, cœptum.  
 Cognoscibilis, \* Habens cognitionem.  
 Coincido, Concurro, in unam forma cado.  
 Coitus, \* Concubitus, conjunctio, complexus venereus, com-  
 miscere corpora, libido, rerum venerearum usus, obscœna  
 voluptas, conjunctionis appetitus.  
 Colliquesco, \* Liquesco.  
 Combino, \* Connecto.  
 Comburo, \* Deflagro.  
 Comitatio, \* Affectatio, comitatus.  
 Commendatorius, \* Commendatitius.  
 Commensalis, \* Convictor.  
 Commoditas, \* Opportunitas, & opportunum.  
 Commodato dare, accipere, \* Accommodare.  
 Comparativè, \* Comparatè.  
 Comparere ante aliquem, \* Sistere se.  
 Compassio, \* Sympathia, misericordia: dicit etiam Cicero  
 Sympatos scribere; valdè moveri, & molestè ferre.  
 Compatior, \* Misericordiam capio, misericordia moveor.  
 Compatriota, \* Civis.  
 Complexa, & cum complexione, \* Conjuncta.  
 Complexio, \* Conjunctio.  
 Composita, \* Ex elementis concreta conflata.  
 Computatio, \* Calculus, rationes.  
 Computus, \* Ratio sumptuaria.  
 Concausa, \* Adjuvans causa.  
 Conceptus mentis, \* Sensa mentis, cogitata, cogitationes.  
 Concernere, \* Pertinere.  
 Concessio, \* Concessus.  
 Concivis, \* Civis meus.  
 Conclusi mecum, \* Mihi deliberatum est, & constitutum.  
 Concoctio, \* Digestio.  
 Concordantia, \* Contentus, contentio.  
 Concordare, \* Consentire.  
 Concorditer, \* Conjunctis sententiis.  
 Concupiscentia, \* Libido, cupiditas.  
 Condenseo, \* Constipo.  
 Conditionalis, \* Connexus, a, um.  
 Conditionaliter, \* cum conditione.  
 Conditura, \* Conditio ciborum.  
 Condolentia, \* Sympathia.  
 Condolere alicui, \* Alicujus miseris commoveri, dolore  
 affici alicujus causa.  
 Condonare, \* Remittere.  
 Confabulatio, \* Colloquium.  
 Confessus, \* Concessus, certus.  
 Confisco. *Asconius*: Factum est ut fiscus pro pecunia publica,  
 & inde confiscare dicatur. \* Bona ejus censeo publicè pos-  
 sidentia, publicè proscribi.  
 Conforto, \* Confirmo, firmo, munio.  
 Congruè, \* Congruenter.  
 Congruus, \* Congruens.  
 Connexè, \* Contextè, consertè.  
 Connumero, \* Numero, ad numerum scribo, colligo, in  
 numero repono.  
 Consanguinitas, \* Sanguinis conjunctio.  
 Consequenter, \* Deinceps.  
 Consocius, \* Socius.  
 Consodalis, \* Sodalis, socius, amicus.  
 Consonare, \* Consentire, concentum efficere.  
 Consortium, \* Consortio, vel consociatio.  
 Constellatio, \* Situs cœli, & stellarum.  
 Constringere, \* Cogere, vim adhibere.  
 Consulo tibi, \* Consilium do, Auctor sum, suadeo, hortor, te.  
 Consummatus, \* Absolutus, & perfectus, in ingenio præstan-  
 ti, & eruditione perfecta. L. Perfectus.  
 Contages, \* Contagio.  
 Contagium, \* Contagio.  
 Contemplativus, \* Speculator, contemplator.  
 Contemptibilis, \* contemptus, contemnendus.

Contentiosus, \* Pugna.  
 Contentor, \* Contentus sum, non pœnitet.  
 Conterraneus, \* Popularis, ejusdem gentis, nationis, linguæ,  
 civitatis.  
 Contiguus, \* Contingens, quæ inter se penè contingunt. L.  
 Inter.  
 Continuitas, \* Continuatio, perpetuitas.  
 Continuè, \* Assiduè, continenter.  
 Contractus, \* Res contracta, commercium.  
 Contradictorius, Contrarius, contraria enuntiatio.  
 Contrario, \* Contrariè.  
 Contrafacio, \* Assimulo, exprimo.  
 Contrarior, \* Pugno, contrarius sum, configo, adversor,  
 repugno.  
 Contribulis, \* Tribulis.  
 Contributio, \* Tributum, tributi confectio.  
 Contumelior, \* Contumelia insequor, contumeliam impono.  
 Convenio, \* Conventus, conventum.  
 Conversatio, \* Consuetudo, usus.  
 Conversor, \* Versor, consuetudine alicujus utor, multus  
 sum cum aliquo.  
 Converti, & dici ad convertentiam, \* Reciprocari, Græc.  
 Antistrephin.  
 Convitior, \* Conviciis insector, convicium facio, verbis ve-  
 xo, contumeliis vexo, contumeliis insequor, in aliquem  
 invado, contumeliam in aliquem jacio, ignominiis aliquem  
 concido, maledico, verborum contumeliis lacero, infesto  
 ore, probum in maledicto objeto.  
 Convivo, \* Simul vivo.  
 Copia alicujus scripti, \* Exemplum.  
 Copula, \* Copulatio.  
 Copulativa propositio, \* Conjunctio.  
 Cordialiter, \* Ex animo.  
 Corono, \* Regnum defero, diadema pono, impono.  
 Corporatura, \* Statura, habitus.  
 Correctè, \* Emendatè.  
 Correlativa, \* Quæ sub eadem ratione cadunt.  
 Correspondeo, \* Respondeo, consono.  
 Corruo, \* Contraho.  
 Creatura, \* Res creata.  
 Creditum, \* Pecunia credita.  
 Crepo, \* Concrepo, percrepo.  
 Crescit malum, \* ingravescit malum.  
 Creteus, \* Cretensis.  
 Criminalis, \* Capitalis, causa criminis, & causa ex crimine,  
 causa, & liscapitis, criminales causæ, & criminalis quæstio.  
 Crimine carere, \* Vacare culpa. (tollo.  
 Crucifigo, \* Cruce afficio, cruce suffigo, in crucem ago, vel  
 Crumena, \* Theca nummaria.  
 Cudo, \* Tundo.  
 Culinarius, \* Coquinarius.  
 Cum venia, \* Pace tua, vel sit venia dicto.  
 Curabilis, \* Quod curationem recipere potest.  
 Cursito, \* Curso.  
 Curvo, \* Decurvo.  
 Curvamen, \* Aduncitas.  
 Cuspis, \* Mucro.  
 Cyclopedia, \* Encyclopædia.

## D.

**D**amnifico, \* Damno vel detrimento afficio, damnum  
 vel detrimento affero.  
 Damnosus, \* Qui alicui damno, vel malo est.  
 Dapes, \* Epulæ.  
 Dare, aut dicere sententiam, \* Ferre sententiam.  
 Dare, adferre pecuniam, \* Numerare pecuniam.  
 Deauratus, \* Inauratus.  
 Debeo scribere, aut facere, \* Scribendum mihi est, non  
 possum quin scribam.  
 Decens, \* Par, conveniens.  
 Deceptio, \* Circumscriptio, aucupium, tendicula.  
 Deceptorius, \* Veteratorius, insidiosus.



- Deceptor, \* Circumscriptor.  
 Decimo, \* Decusso hoc modo X.  
 Declivis, \* Devexus, præceps.  
 Decollo, \* Cervicibus caput abscindo.  
 Dedecens, \* Turpe, indecorum.  
 Defalco, \* Deduco.  
 Defectus, \* Vitium.  
 Definitum in neutro, \* Res, quæ definitur.  
 Deforis, \* Foris, extrinsecus, vel Foris, & extrinsecus, ut in ipsa arte insit, non foris petatur extremum.  
 Deformosus, \* Deformis, turpis.  
 Deifico, \* In Deos refero, vel repono, consecro, dedico.  
 Delator, & delatio, \* Judex, iudicium.  
 Delasso, \* Defatigo.  
 Delectabilis, \* Habens magnam delectationem.  
 Delector, \* Acquiesco.  
 Demandatus, \* Mandatus, injunctus, impositus.  
 Demano, \* Emano, proficiscor, orior.  
 De mensa, aut per cambium pecuniam accipere, \* Permutare pecuniam.  
 Dementatio, \* Mentis amissio.  
 Demirandus, \* Admirandus, admirabilis.  
 Demonstratio, quia \* est Demonstratio ex effectu; & Demonstratio qua res convenire docetur.  
 Demonstratio propter quid, \* Demonstratio ex causa.  
 Demordeo, \* Mordicus aufero.  
 Demulceo, \* Delinio, capio.  
 De novo, ab initio, \* Deintegro, denuo.  
 Dependeo, \* Pendeo.  
 Depraedor, \* Spolio, despolio, prædor, eripio.  
 Deputatus, \* Certus, definitus, destinatus, attributus, constitutus, dictus.  
 Derisio, \* Ludibrium.  
 Derivatus, \* Ductus, productus.  
 Descendentes, \* Posterii, nepotes.  
 Desertum, \* Desertus locus, vastus, incultus, solitudo.  
 Deses, \* Desidiosus, iners, languidus.  
 Desidiosè, \* Per desidiâ.  
 Designum, \* Ratio, consilium.  
 Desolatio, \* Vastitas, excisio, excidium.  
 Desolor, \* Evertio, vasto.  
 Desponsata, \* Desponsa.  
 Destructio, \* Ruina, excidium, exitium, excisio, deturbatio, vastitas.  
 Destructor, \* Interceptor, perditor.  
 Desuesco, \* Desuefio, consuetudinem aliquid faciendi depono, detraho.  
 Detego, \* Indico, enuncio, innuo, aperio, patefacio, illustro.  
 Deterioro, \* Deterius facio.  
 Detraho, \* Detraho.  
 Detrimentosus, \* Malus, noxius.  
 Deturpo, \* Inquino.  
 Devio, \* Declino, deflecto de via.  
 Devotus, \* Religiosus, castus, pius, sanctus, religionibus deditus, religionem colens.  
 Dexteritas, \* Commoditas.  
 Diameter, \* Media linea.  
 Diapason, (Macrob. de somn. Scip. 12.) \* Illi octo cursus, in quibus eadem vis est duorum modorum, septem efficiunt distinctos intervallis sonos.  
 Dicatio libri, \* Nuncupatio.  
 Dici ad aliquid, \* Conferre cum aliquo.  
 Dictamen rationis, \* Communis intelligentia, præscriptio, vel præscriptum rationis, suma ratio insita in natura, quæ jubet ea, quæ faciendâ sunt, prohibetque contraria: summa lex, recta, perfecta; perfecta ratio, cœlestis descriptio, natura, norma legis.  
 Diescit, \* Dilucescit, lucere incipit.  
 Diffamo, \* Infamiam infero.  
 Differentia, \* Controversia.  
 Difficulto, \* Difficultatem affero, difficile reddo.
- Dignitas, \* Postulatum, Græcè *Axioma*.  
 Dignosco, \* Internosco.  
 Diluvium, \* Eluvio terrarum, mira proluvies, magna vis aquæ.  
 Discooperio, \* Aperio.  
 Disconveniens, \* Alienum.  
 Discordans, \* Discrepans, varius, ut varium jus, Congruens, conveniens.  
 Discordantia, \* Discrepantia.  
 Discurro, \* Volito, vagor.  
 Discurro, \* Percurro.  
 Disjunctiva, \* Disjunctio.  
 Disparitas, \* Varietas.  
 Dispensare, \* Solvere legibus.  
 Displicentia, \* Dolor, offensio, molestia.  
 Dispositus, \* Affectus.  
 Dispositio, \* Affectio.  
 Dissonare, \* Disseminare, discrepare, dissidere.  
 Disquiro, \* Exquiro.  
 Dissono, \* Dissentio, discrepo, dissideo.  
 Ditesco, \* Dives fio, pecuniam facio, rem augeo, patrimonium amplifico.  
 Diversimodè, \* Non uno modo.  
 Diversifico, \* Vario.  
 Diversitas, \* Varietas, dissimilitudo.  
 Divinator, \* Divinus, divinans, ut *Aruspex*, *Augur*, *Ariolus*, *Vates*, conjector.  
 Divisibilis, \* Dividuus, Individuus.  
 Divisim, \* Separatim, seorsum.  
 Dociliter, \* Intelligenter.  
 Doctio, \* Doctrina.  
 Dogmaticus, \* Cujus libertas disserendi amissa est, quique in disputando, non suum iudicium sequitur, sed auctoritati aliorum paret.  
 Dolendus, \* Habens dolorem.  
 Dolentia, \* Dolor, Indolentia.  
 Dolorificos, \* Faciens, vel efficiens dolorem.  
 Dominari, atque imperare, \* Rerum potiri, & summa potiri.  
 Dominium, \* Mancipium, nexum, vel nexus, G. Ctesis.  
 Dominatio, \* Dominatus.  
 Domuitio, \* Domum itio, sed Rhodiorum classi domum unctionem dati.  
 Dormire totam noctem, \* Pernoctare.  
 Dubitabilis, \* Habens dubitationem.
- E.
- E** Brio, \* Ebrium facio.  
 Ecclesia, \* *Ædes* sacra, templum.  
 E contra, \* Contra, è contrario, ex contraria parte.  
 Echo, \* Imago cum saxa, & solitudines voci respondent.  
 Effectivè, \* Efficienter.  
 Effectivus, \* Efficiens, habens naturam efficiendi.  
 Effectu, \* Re ipsa, & exitu.  
 Efficacia, \* Efficacitas.  
 Efficaciter, \* Efficienter.  
 Efformo, \* Exprimo, fingo.  
 Egenus, & pauper, \* Egens, perpetuò dixit Cicer.  
 Eluctor, \* Extrico, vinco.  
 Encomium, \* Laudatio.  
 Enervis, \* Enervatus.  
 Ens, \* Quod est natura.  
 Episcopus, \* Pontifex.  
 Epistolium, \* Litterulæ.  
 Equiso, \* Agitator equorum.  
 Eremita, \* Solitarius homo, atque in agro vitam agens.  
 Eremus, \* Solitudo, vel desertum.  
 Essentia, \* Natura, vis, vis & natura, natura universa, vis & potestas, potestas.



Evacuò, \* Exhaurio, inanio, vacuum facio, nudum, inanem-  
que relinquo.  
Evagino, \* Educo, distringo.  
Evitatio, \* Declinatio.  
Exactè, vel exactius aliquid dicere, vel facere, \* Accuratè,  
accuratius, subtiliter, limatè, exquisitè.  
Exalto, \* Effero, proveho, produco, ad honorem defero, vel  
perduco, produco ad honores, illustro, effero ad honores,  
defero in Cœlum, laudibus effero.  
Excalefacio, \* Calefacio.  
Excellens, \* Præstans.  
Excessivè, \* Prætermodum.  
Excessus, \* Superatus.  
Excessus, \* Exuperatio.  
Excopio, \* Describo.  
Excresco, \* Cresco.  
Excursus, \* Excursio.  
Excusabilis, \* Habens excusationem, vel aliquid excusationis.  
Execrabilis, \* Execrandus, detestabilis.  
Exerctium, \* Opus, munus, functio, exercitatio, ludus, ars,  
studium, industria, agitatio.  
Exero, \* Ostento, declaro.  
Exinanitus, \* Enectus, effectus.  
Exonero, \* Deonero.  
Exoptabilis, \* Optatus, expetendus.  
Expensa, \* Impensa, impendium.  
Expergesio, \* E somno suscitior, expergiscor.  
Experto, \* Experior.  
Explorator, \* Speculator.  
Expositor, \* Qui pecuniam suppeditat.  
Extispicina, \* Ars Extispicum.  
Extraordinariè, \* Extra ordinem.

## F.

**F**Abrefacio, \* Benefacio, pulcherrimè facio, optimè facio,  
scitè facio, & venustè.  
Fabulator, \* Qui fabulas fingit.  
Fabulosus, \* Fictus, falsus.  
Faciliter, \* Facilitè, nullo negotio. (agendo.  
Factivus, \* Efficiens poetico, id cuius opus est, in faciendo, &  
Factor, \* Effector, architector, protector, parens, genitor.  
Facundus, \* Copiosus ad dicendum.  
Falsifico, \* Adultero.  
Famelicus, \* Fame enectus.  
Famesco, \* Esurio.  
Famigeratio, \* Prædicatio, nobilitas.  
Famigeratus, sive famosus, \* Clarus, nobilis, fama celebr,  
fama celebratus, qui est in magno nomine & gloria, qui  
in orbe viger.  
Famigero, \* Fama celebros.  
Fastus, \* Spiritus regius.  
Fatigo, \* Defatigo, in labore me exerceo, laboribus me  
frango.  
Favilla, \* Scintilla.  
Favorabilis, \* Propitius, secundus.  
Febrio, & febricito, \* Febrem habeo.  
Februa, \* Denicales, feralia.  
Felicito, \* Felicitatem do.  
Feracitas, \* Ubertas.  
Fertor, \* Cesso.  
Festo, \* Celebro, ferias habeo, diem festum ago.  
Festum, \* Dies festus, feriaz.  
Feudatarius, \* Fundus, ut populus fundus.  
Fictivus, \* Fictus, commentivus.  
Fidatus nuncius, \* Certus homo.  
Fideicommissum, \* Patrimonia spe benè tradendi relicta.  
Fidejussor, \* Sponsor, præ. Vide Fidejubeo.  
Figlinus, \* Fictilis.  
Figmentum, \* G. Plasma, Commentum, fabula.  
Finalis, \* Telicos.  
Fingo, \* Ementior.

Finem reperire, \* Exitum evolvere.  
Finio, \* Conficio.  
Finire librum, aut opus, \* Absolvere, ad exitum adducere.  
Finitio, \* Terminatio.  
Finitus, \* Definitus, habens modum, perfectus, absolutus,  
confectus, profligatus, emeritus.  
Fixè, \* Actiter, acri animo, & attento.  
Flecto, \* Impello, deduco.  
Fluvialis, \* Fluvialis.  
Fluxus, \* Fluxio.  
Fœmininus, \* Fœmineus, muliebris.  
Fœto, \* Malè oleo, puteo.  
Fomes peccati, \* Seminarium vitiorum.  
Formidabilis, \* Formidolosus, horribilis, terribilis.  
Foro, \* Fodio, perterebro.  
Fortifico, \* Munio.  
Fraternitas, \* Germanitas.  
Fraudulenter, \* Insidiosè.  
Frigefacio, \* Refrigero.  
Frigefactivum, \* Refrigerans, quod vim habet frigoris.  
Frigesio, \* Refrigeror.  
Fructifer, \* Frugifer, fructuosus.  
Fructifico, \* Fructum edo, fero, fruges fundo.  
Fruticesco, \* Fruticor.  
Fulminatus, \* De cœlo ictus.  
Fulmino, \* Fulmen jacio, de cœlo tango, percutio, è cœlo  
jacio.  
Fulminor, aris, \* De cœlo tangor, jaciior, percutior, tangor.  
Funis, \* Funiculus.  
Furiatus, \* Futens, furibundus.  
Fusum, \* Fusè.

## G.

**G**Arralitas, \* Inanis quædam profluentia loquendi.  
Generatio, \* Ortus, procreatio.  
Genus generalissimum, \* Genus ultimum, caput generis.  
Gesta, \* Res gestæ.  
Gesticulor, \* Gestum ago.  
Gestito, \* Gero, gesto.  
Glorifico, \* Gloria afficio.  
Gracilis, \* Tenuis, strigosus, subtilis, exiguus.  
Grandisculus, \* Grandior.  
Gratitudo, \* Gratia, gratus animus, animo memor, memoria,  
& voluntas grata, grata animi benevolentia, pietas.  
Gratum est mihi, \* Gratum, jucundumque mihi accidit.  
Gressibilis, \* Gradiens.  
Grosso modo, \* Pingui Minerva.  
Gulositas, \* Vitium ventris, & gutturis.

## H.

**H**Abet valorem, \* Pondus habet.  
Hæreditato, \* Hæreditas mihi ab aliquo venit.  
Hæreditatem acceptare, \* Adire hæreditatem.  
Heba, \* Juventus.  
Hermasroditus, \* Androgynus.  
Hiatio, \* Hiatus.  
Historiographus, \* Historicus.  
Homagium, \* Clientela.  
Horoscopus, \* Chaldeis in prædictione, & in notione cujus  
que vita ex natali die minimè credendum est.  
Hortulanus, \* Olitor.  
Hospitor, \* Hospicio accipio, tecto, domo: domum, tecto,  
ac sedibus recipio.  
Huc, illucque transire, Ultro citroque navigare.  
Humiliatus, \* Demissus.  
Hypocrisis, \* Simulatio virtutis, venditatio quædam, atque  
ostentatio.  
Hypocrita, \* Eruditus artificio simulationis.  
Hypothetica, \* Connexum.



- J**ejuno, \* Cibo me abstineo.  
**J**ejunium, \* Inedia.  
 Ignaviter, \* Ignavè.  
 Ignominiosè, \* Per ignominiam.  
 Ignominiosus, \* Contumeliosus, sordidus ad famam, cum ignominia, conjunctus, maculosus.  
 Ignoranter, \* Per ignorantiam, inscienter.  
 Illæsus, \* Incolumis, invulneratus, inviolatus.  
 Illectamentum, \* Illecebre, incitamentum, invitamentum.  
 Illegitimus, \* Nullum habens jus.  
 Illyria, \* Illyrium.  
 Imaginatio, \* Cogitatio.  
 Imaginor, \* Cogito, fingo, effingo, formatum habeo, suspicor, cogitatione depingo, vel fingo, animo comprehendo, suspitione attingo, conjectura informo, speciem alicujus rei cogito, animo fingo, in notione animi repono, cogitatione, & mente complector, assequor, iniprimo notionem in animo.  
 Immaculatus, \* Inviolatus, incorruptus.  
 Immediatè, \* Proximè.  
 Immediatus, \* Proximus.  
 Immedicabilis, \* Insanabilis, desperatus.  
 Immeritus, \* Meritus.  
 Immoriger, \* Injustus, non obediens.  
 Immoror, \* Insisto, hæreo, in re longior sum.  
 Impatienter, \* Intoleranter.  
 Imperfectè, \* Præcisè.  
 Imperterritus, \* Fortis, magnanimus, animosus.  
 Impetuositas, \* Impetus.  
 Impetuosus, \* Violentus, vehemens, furens.  
 Impossibilis, \* Adynatus: quod fieri non potest.  
 Impostus, \* Planus.  
 Impræmeditatus, \* Imparatus.  
 Imprecatio, \* Malum omne, execratio, preces.  
 Imprecor, \* Precor, execror, male precor, alicui perniciem exopto, tristibus nominibus illum persequor.  
 Impropero, \* Exprobrio.  
 Improprius, \* Acyrus.  
 Impubis, \* Impuber.  
 Imputo, \* Adscribo, tribuo, assigno, attribuo.  
 In discrimine versari, \* Caput, salutem, fortunas alicujus agi.  
 In extremis esse, \* Agere animam.  
 In pretio, aut æstimatione esse, \* Aliquo in numero esse.  
 In libro receptorum scribere, \* Referre in acceptum.  
 Inæqualis, \* Inæquabilis.  
 Inanis gloria, \* Falsa gloria.  
 Incantamentum, \* Cantatio.  
 Incassum, \* Frustra.  
 Incessanter, \* Nullo temporis puncto intermisso.  
 Inclivatio, \* Proclivitas, facilitas, propensio.  
 Inclivatus, \* Proclivis, applicatus, propensus.  
 Incænis, \* Incænatus.  
 Incogitabilis, \* In cogitationem non cadens.  
 Incogitans, \* Inconsideratus.  
 Incogitantia, \* Inconsideratio.  
 Incommoditas, \* Incommodum.  
 Incompositus, \* Inconditus.  
 Incomprehensibilis, \* Incomprehensus.  
 Inconsideratio, \* Inconsiderantia, inconsulta ratio.  
 Incontinens, \* Intemperans.  
 Inconveniens, \* Incommodum, absurdum.  
 Incorporeus, \* Expers corporis.  
 Incorrigibilis, \* Insanabilis.  
 Incredulitas, \* Diffidentia, scrupulus, dubitatio.  
 Incredulus, \* Diffidens.  
 Inculpo, \* In culpa pono. (piens.  
 Incurabilis, \* Insanabilis, desperatus, curationem non recipiens.  
 Indebitus, \* Injustus.  
 Indesinenter, \* Nullo temporis puncto intermisso.  
 Indigestas, \* Cruditas.  
 Indigestus, \* Crudus.  
 Indignus, \* Indigens.  
 Indispositus, \* Crudus.  
 Indivisibilis, \* Individuus.  
 Indominabilis, \* Qui imperium recusat.  
 Indubitanter, \* Non dubitanter, sine disputatione, pro certo.  
 Indubitatus, \* Certissimus, exploratissimus; non habens dubitationem, perspicuus.  
 Indubius, \* Certissimus.  
 Intercesor, \* Deprecator.  
 Intercessio, \* Deprecatio.  
 Industriosè, \* Industriè.  
 Incbrio, \* Vino obruo, ebrium facio.  
 Ineloquens, \* Infans.  
 Inemendabilis, \* Insanabilis.  
 Inauditus, \* Incredibilis.  
 Inexcusabilis, \* Nihil habens excusationis.  
 Inexpertus, \* Inexercitatus, nullo usu.  
 Infallenter, \* Pro certo, vero.  
 Infamatus, \* Infamis.  
 Infatigabilis, \* Acer.  
 Infelicitio, \* Miserum habeo.  
 Inferioritas, \* Inferior ordo.  
 Infesto, \* Infestum reddo, infestus sum.  
 Infinitivus, \* Ut diffinitivus.  
 Infirmitas, \* Ægra, infirma, incommoda valetudo.  
 Infirmiter, \* Infirmè.  
 Inflationis, \* Habens inflationem.  
 Influxus, \* Tactus lunæ, demissa è cælo vis.  
 Infortunium, \* Adversa, vel incommoda fortuna, acerbitas.  
 Qui propter fortunam, non propter malitiam in miseris sunt.  
 Infra scribo, \* Suppono, subscribo.  
 Infumibulum, \* Vaporarium.  
 Ingeniculor, \* Ad pedes jaceo.  
 Inguivies, \* Insaturabile abdomen.  
 Ingratitudo, \* Ingratus animus.  
 Ingrepo, \* Ineo.  
 Inguigatio, \* Crapula, ebrietas.  
 Inobedientia, ) (Obedientia.  
 Injurius, \* Injuriam alicui infero, vel facio, malè mereo, injuriam infero, importo.  
 Inobediens, \* Non obediens.  
 Inopinus, \* Nec opinans.  
 Ignorans, \* Inscius.  
 Inopinatè, \* Nec opinatò.  
 Inopinus, \* Inopinatus.  
 Inordinatè, \* Immoderatè.  
 Inordinatio, \* Confusio.  
 Inquantum, \* Qua, quatenus, ob id ipsum, quia in eo, in quo.  
 Insensatus, \* Stupidus, insipidus, communi naturæ sensu carens, stipes, Æthiops, sine sensu, sine sapore, elinguis, tardus.  
 Insensibilitas, \* Stupiditas, stupor.  
 Insensibiliter, \* Sensim, & sine sensu.  
 Insensitivus, \* Sensum non habens.  
 Insido, \* Insideo.  
 Insolentè, \* Insolenter.  
 Insolubilis, \* Inexplicabilis.  
 Instabilis, \* Lubricus, varius, commutabilis, volubilis.  
 Instabilitas, \* Volubilitas.  
 Instans, \* Ad punctum temporis, id est, ut ajunt, instanti.  
 Instare, \* Vel dare instantiam, resistere, occurrere.  
 Institor, \* Propola, qui mercatur à mercatoribus, quod statim vendat.  
 Insufficienter, \* Exiguè.  
 Intantum, \* Usque eo.  
 Intellectas, \* Intelligentia, mens, ratio, mens simplex, id est, intellectus agens qui dicitur.  
 Intelligibilis, \* Quod in nostram intelligentiam cadit, sub intelligentiam cadens; quod ratione, sapien-  
 ua.



tiaque comprehenditurque, quod intelligentia, & ratione comprehenditur.  
 Intentio, \* Scopus, propositum.  
 Intercedo, \* Deprecor.  
 Interfectio, \* Occisio, cædes.  
 Interlocutores, \* Eclogarii, nomina eorum, qui in dialogis loquentes inducuntur.  
 Internus, \* Interior.  
 Interpretamentum, \* Interpretatio.  
 Interstitium, \* Intervallum.  
 Intertexo, \* Intexo.  
 Intitulo, \* Inscribe.  
 Intricatus, \* Nec caput, ne pedes.  
 Intrinsicus, \* Interior, inter nus.  
 Invidus, \* Irritus, nullus. Sti  
 Inverecundia, \* Impudentia.  
 Inviolabilis, \* Sanctus, sacrosanctus.  
 Inviolandus, \* Inviolatus, sacer, sacrosanctus.  
 Invisibilis, \* Quod fugit aciem, obtatum, sensum oculorum omnem.  
 Invisito, \* Viso.  
 Inundatio, \* Proluvium.  
 Joco, \* Jocer.  
 Iracundia incanduit, \* Exarsit ira.  
 Iratè, \* Iracundè, cum ira, per iram.  
 Iris, \* Arcus species.  
 Irrationabiliter, \* Malè.  
 Irrationabilis, \* Rationis expertus, mente ac ratione vacuus.  
 Irreconciliabilis, \* Inexpiabilis.  
 Irreligiosus, \* A religione remotus, nihil habens religionis, impius.  
 Irremissibilis, \* Inexpiabilis.  
 Irrequietus, \* Sollicitus, laboriosus, exercitus.  
 Irritamentum, \* Invitamentum, illecebra.  
 Irrito, \* Irritum facio.  
 Itineror, \* Inter facio, ambulo.  
 Jucundor, \* Jucunditas mihi est, in voluptate sum.  
 Judicator, \* Existimator, judex.  
 Juramentum, \* Jusjurandum, affirmatio religiosa.  
 Jurans, \* Juratus.  
 Jurare se non debere, \* Abjurare creditum, & pecuniam.  
 Jurista, \* Jurisconsultus, Jurisperitus, Legulejus.

## L.

**L**abilis, \* Debilis, infirmus.  
 Labium, \* Labrum.  
 Laboratus, \* Magnificis operibus, & plenum artis opus.  
 Laccessio, \* Concertatio, certamen, contentio.  
 Lacteo, \* Lactens.  
 Læsus est à tergo, vel ante, \* Aversum vulnus, vel adversum accepit.  
 Lanio, \* Lanius.  
 Laniatio, \* Laniatus.  
 Laniena, \* Cædes.  
 Lapido, \* Lapidibus cædo, lapidationem facio, lapidibus oppeto, percutio, obruo.  
 Lapillus, \* Calculus.  
 Lascivio, \* Exulto.  
 Lasso, \* Languescio.  
 Lassus, \* Defatigatus, languens, languidus.  
 Latet me, \* Fugit me, ignoro, &c.  
 Lavacrum, \* Lavatio.  
 Laudabiliter, \* Cum laude.  
 Laureo, \* Laureatus.  
 Legenda, \* Vita.  
 Lenimentum, \* Levamentum.  
 Lento, \* Laxo.  
 Lepidulus, \* Leptisculus.  
 Lethalis, \* Funestus, mortifer.  
 Levatius, \* Habens levationem doloris,

Liberum arbitrium, \* Libera voluntas.  
 Liberum esse alicui, \* Integrum esse facere, aut non facere.  
 Libraria, \* Bibliotheca, taberna libraria.  
 Licite, \* Bonis, & honestis rationibus.  
 Licitor, \* Liceor, auctior.  
 Ligatus, \* Constrictus, vinculus alligatus. ) ( solutus.  
 Lignamen, \* Materia.  
 Ligonizo, \* Pastino, sodio.  
 Linealiter, \* Ad lineam.  
 Lineus, \* Linguis.  
 Liquiditas, \* Liquor.  
 Litigatio, \* Concertatio.  
 Litigium, \* Rixa.  
 Locum tenens, \* Legatus, Præfectus, Vicarius.  
 Logica, \* Logicè.  
 Lucifuga, \* Lucifugus.  
 Lucrosus, \* Quæstuosus.  
 Lucrificus, \* Luctum afferens.  
 Lupanar, \* Lustrum.  
 Lurco, \* Helluo, gurges, nepos, ganeo.  
 Luridus, \* Squalidus.  
 Lusciosus, \* Lusciosus, qui oculos hebetiores habet.  
 Lusor, \* Aleator, collusor.  
 Lusorius, \* Aleatorius.  
 Lusus, \* Lusio.  
 Lutina, \* Fides, ium.  
 Lutosus, \* Luteus, lutulentus.  
 Luxus, \* Luxuria, luxuries, diffuere luxuria, delicatè ac molliter vivere.  
 Lucernarius, \* Lychnucus.

## M.

**M**acero, \* Conficio.  
 Macilentus, \* Macie præditus.  
 Macor, \* Macies.  
 Macresco, \* Extabesco.  
 Macrologia, \* Longanimis oratio.  
 Macrobius, \* Longævus.  
 Maculatura, \* Litura.  
 Madefacio, \* Perfundo, respergo, imbuo.  
 Magnanimiter, \* Magno animo.  
 Magnificens, \* Magnificus.  
 Malam famam habet, \* Infamia laborat, & flagrat.  
 Maledicens, \* Maledicus.  
 Maledicentia, \* Procacitas linguæ, procacitas, morbus procacitatis, petulantia.  
 Malefactor, \* Malemeritus.  
 Malevolens, \* Malevolus.  
 Malevolo, malè odi, \* Malum volo alicui.  
 Malignus, \* Qui pravo animo est.  
 Manifesto, \* Apertum & manifestum facio, in medium profero, palam facio, profero, aperio, enuncio, edo, divulgulo, apertum ante omnium oculos pono, patefacio, profero, in vulgus judico, foras offero, & in conspectu pono, in luce colloco.  
 Marceo, \* Languero, languesco.  
 Marcesco, \* Putresco.  
 Marcidus, \* Putridus.  
 Marito, \* Colloco, in matrimonium colloco, loco nuptiis.  
 Masculinus, \* Virilis.  
 Mastico, \* Mando, conficio.  
 Mechanicus, \* Sordidus, illiberalis. (tor.  
 Mediator, \* Arbitrator, arbiter honorarius, sequester, deprecator.  
 Medicor, \* Medeor, medicinam affero, adhibeo, curo.  
 Medimnus, \* Medimnum.  
 Mediatè, \* Cogitatè, meditatus.  
 Melioro, \* Melius facio.  
 Melioresco, \* Melior fio.  
 Memoriale, \* Commentarium.  
 Memoriter aliquid discere, \* Ediscere.  
 Menda, \* Mendum.  
 Mensor, seu mensurator, \* Merator, decempedator.



Mensuro, \* Metior.  
 Merda, \* Cibi reliquæ, quas natura respuit.  
 Meretricor, \* Palam me in meretricia vita colloco.  
 Meridio, vel meridior, \* Meridianum somnum capio.  
 Metaphora, \* Translatio.  
 Methodus, \* Ratio, & via.  
 Microbius, \* Contentus vitæ angustiis.  
 Minera, \* Vena.  
 Minimi facio, \* In Minimis pono.  
 Minutim, \* Minutatim, exiguè, exiliter.  
 Miraculosè, \* Mirabiliter.  
 Miraculosus, \* Portentosus. (prodigium.  
 Miraculum, \* Miracula, mirabile, prodigio simile, ostentum.  
 Misanthropos, \* Hominum aspectam, lucemque vitans.  
 Missa, \* Res divina.  
 Mæchor, \* Adulteror.  
 Molesto, \* Sollicitum habeo, malè habeo, sollicito, exerceo, vexo, molestum facio, molestiam assero.  
 Mollifico, \* Mollio.  
 Monarchia, \* Regale civitatis genus, cum dominatu unius omnia tenentur.  
 Moriger, \* Obediens.  
 Mucus, \* Humor.  
 Multifarius, \* Varius, diversus, multiplex.  
 Multoties, \* Sæpè.  
 Multum considera, \* Etiam atque etiam vide.  
 Mutator, \* Faber.  
 Mutatio temporum, \* Rerum inclinatio, rerum vicissitudo.  
 Mutio, \* Hisco.  
 Mutuarius, \* Alienus, aliundè assumptus, aliundè petitus.  
 Mutuitas, \* Mutuum.  
 Mutuo, \* Mutuum do, commodo.

## N.

Narbona, \* Narbo.  
 Natarus, \* Natavio.  
 Nativitas, \* Ortus, dies natalis.  
 Nauci facio, \* Nauci habeo.  
 Naviarcha, \* Navarchus.  
 Naumachia, Bellum, vel prælium navale.  
 Necessito, \* Necessitatem assero.  
 Negativus, \* Negans.  
 Neotericus, \* Recens.  
 Nequitiosus, \* Nequam.  
 Neutralis, \* Medius, indifferens.  
 Nigredo, \* Nigror.  
 Nitiditas, \* Nitor.  
 Nivosus, \* Nivalis.  
 Nocentia, \* Crimen.  
 Nocuus, \* Infestus, perniciosus.  
 Nolo me immiscere huic negotio, \* Interponere me nolim.  
 Nomenclatura, \* Nomenclatio.  
 Nominatim nominare, \* Compellare, & appellare.  
 Nominativus, \* Rectus casus.  
 Notandus, \* Attendendus, notatione dignus.  
 Notarius, \* Scriba, librarius.  
 Nothus, \* Spurius.  
 Notomia, \* Anatome.  
 Noviter, \* Nuper.  
 Nova, \* Nuntii.  
 Novemdecim, \* Undè viginti. (rem.  
 Novum morem incipere, aut facere, \* Inducere novum mo-  
 Nubilosus, \* Nebulosus.  
 Nullibi, \* Nusquam, nullo loco.  
 Nuntium, \* Nuncius.  
 Nuncupatio, \* Proshponesis.  
 Nutricius, \* Educator.

## O.

Oberatus, \* Æratus miles.  
 Objectio, \* Quæ contradicuntur, contraria refutanda adversarium argumenta, contraria, adversaria.  
 Objectum, \* Res objecta sensibus, quod sensu percipitur.

Oblatio, \* Liberalitas.  
 Obliteratus, \* In litura.  
 Obsidium, \* Obsidio.  
 Obstinatè, \* Præfractè, pertinaciter, cum pertinacia.  
 Obstupescitio, \* Obstupescitio. (tringo.  
 Obtenebro, \* Obscuro, tenebras & noctem offundo, pers-  
 Obvia, \* Obviam itio, occursatio.  
 Obvio, \* Occuro, obviam sum, alicui me obviam fero.  
 Occidentalis, \* Occidens.  
 Occidere quem cupiens, \* Vitam alicujus appetere.  
 Octodecim, \* Duodeviginti.  
 Odoramentum, \* Odores, odoratio.  
 Odoramentarius, \* Unguentarius.  
 Olfatus, \* Odoratus.  
 Omnifariam, \* In omnes partes aliquem fallere.  
 Omnifarius, \* Cujusque modi.  
 Omnimodè, \* Omni ratione, omnibus modis.  
 Omnimodus, \* Cujusque modi.  
 Onerare se cibo, aut potu, \* Ingurgitare se nimio cibo, aut potu.  
 Opacitas, \* Locus opacus.  
 Ophthalmia, \* Morbus oculorum.  
 Opificium, \* Opus.  
 Opprobo, \* Probrum infero.  
 Oratoria, \* Rhetorica ratio, doctrina dicendi, studium eloquentiæ, oratoria dicendi vis, studium, virtus dicendi, facultas, exercitatio dicendi, benedicendi scientia, via & facultas dicendi.  
 Ordinare, \* Constituere.  
 Ordinarius, \* Legitimus.  
 Ordinatus, \* Habens ordinem.  
 Ordine, \* Ex ordine.  
 Orientalis, \* Oriens.  
 Originale peccatum, \* Nativum malum, vitiositas.  
 Ostentor, \* Gloriosus, vanus.

## P.

Pacificè, \* Cum pace.  
 Palesco, \* Palleo, exalbesco.  
 Palliditas, \* Pallor.  
 Pallidus, \* Decolor, exsanguis, sine colore.  
 Palmus, \* Vestis, vestitus.  
 Papyrus, \* Charta.  
 Paradisus, \* Cælum, hortus, hortulus, certus in cælo, ac definitus locus, ubi beati ævo sempiterno fruuntur, piorum sedes, & locus.  
 Paralogismus, \* Captio.  
 Parcitas, \* Parsimonia.  
 Paroxismus, \* Commotiuncula, tentatio.  
 Particularis, \* In parte, præcipuus, singularis.  
 Particulariter, \* Præcipuè.  
 Parvifacio, In parvis, vel minimis pono, nullo loco habeo, pro nihilo habeo, puto.  
 Pascuum, \* Pascua, pastus pecudum.  
 Passio, \* Perturbatio, affectio, animi dolor.  
 Passivus, \* Pateticos, patibilis.  
 Pastino, \* Rodio.  
 Patrocinator, \* Adsum pro aliquo, causis præsto sum.  
 Pavescio, \* Pavorem assero, metum incutio.  
 Pavescitio, \* Exterritus.  
 Pavidus, \* Pavens.  
 Pauperies, \* Paupertas.  
 Pausa, \* Respiratio.  
 Pecior, \* Depeculor, peculatum facio.  
 Pecuniam corradere, \* Conticere pecuniam, redigere pecuniam ex re aliqua.  
 Pensionarius, \* Vestigialis.  
 Per accidens, \* Temerè, casu fortuito.  
 Peremptorius, \* A Præto die dictus.  
 Perjuro, \* Pejoro.  
 Perpendiculariter, \* Ad perpendicularum, ad lineam, rectis lineis, ad pares angulos.



Pestiferus, \* Pestifer, perniciosus.  
 Pertingo, \* Pertinco.  
 Pertranseo, \* Permeo.  
 Pertundo, \* Obtero protero, concludo.  
 Petere debitum, \* Admonere debitorem.  
 Phantasticus, \* Opiniosus.  
 Philosophaster, \* Minutus, Philosophus, plebejus Philo-  
 phus, vel minorum gentium.  
 Phlebotomo, \* Sanguinem mitto.  
 Phlegma, \* Pituita.  
 Phlegmaticus, \* Pituitosus.  
 Phrasis, \* Verba conjuncta.  
 Physiognomia, \* Physiognomon.  
 Physiognomus, \* Physionomon.  
 Pignero, \* Oppignero.  
 Pilo, \* Pila ludo.  
 Piscatio, \* Piscatus.  
 Planctus, \* Plangor.  
 Planeta, \* Astrum, vel stella errans, stella vaga, sidus er-  
 rans, stellæ quæ falsò errantes vocantur.  
 Planitudo, \* Æquor, Planicies.  
 Plantarium, \* Planta, seminarium.  
 Planto, \* Sero arbores, semino stipes, facio olivetum, ins-  
 tituo vineam.  
 Pleuresii, \* Pleuritis, lateris dolor.  
 Plico, \* Complico.  
 Plurimus, \* Plurimum.  
 Podager, \* Podagricus, arthriticus.  
 Ponderositas, \* Gravitas, pondus.  
 Populosus, \* Frequens.  
 Portarius, \* Janitor.  
 Possibilis, \* Dynatos, quod in nostram potestatem cadit,  
 quod fieri potest.  
 Possibilitas, \* Facultas, vires, vis.  
 Potentia, \* Facultas: Græci dynamini dicunt.  
 Potatœ, \* Vinitor.  
 Potentia, \* Esse posse.  
 Practica, \* Usus, experientia, assiduus usus, uni rei deditus.  
 Practicus, \* Experiens, usuperitus, agitated, exercitatus,  
 magnum usum habens, rerum varietate, atque us ipso  
 productus.  
 Præcedo, \* Præcurro, antegredior.  
 Prædestino, \* Destino.  
 Prædicamenta, \* Summa rerum genera.  
 Præfatus, \* Dicitus, de quo dixi.  
 Præfiguro, \* Denoto, exprimo.  
 Præfoco, \* Suffoco.  
 Prælatas, \* Antistes.  
 Præmio, \* Præmiis afficio, præmium do, præmium tribuo,  
 præmiis dono.  
 Præodoror, \* Odoror.  
 Præsagium, \* Præsagatio, præsensio.  
 Præsentaneus, \* Præsens.  
 Præsumo, \* Hoc mihi sumo.  
 Prætextum, \* Hypothesis.  
 Prætextus, \* Nomen, simulatio, species, per causam, per  
 beneficium.  
 Prævaleo, \* Præsto.  
 Prævè, \* Perperam.  
 Præpon, \* Græc. Lat. Decorum.  
 Primatus, \* Principatus.  
 Privativus, \* Privans.  
 Privilegiatus, \* Privilegio affectus.  
 Privus, \* Oibus, inops, nudus, cassus, vacans.  
 Probiter, \* Probè.  
 Proceriter, \* Procerius.  
 Procliviter, \* Proclivius.  
 Proculco, \* Conculco, protero.  
 Proculdubio, \* Sine dubio.  
 Prodigalitas, \* Effusio, perfusio.  
 Prodigaliter, \* Prodigè.

Prodigio, \* Effundo, profundo, consumo, dissipio, dilapido,  
 exhaurio, minuo, jacturam patrimonii facio, rem familia-  
 rem dilabi sino.  
 Producere fructus, \* Efferre fructus, & id genus.  
 Profectus, \* Magnus progressus in aliqua scientia.  
 Professor, \* Magister, alicujus artis Doctor.  
 Profunditas, \* Crassitudo.  
 Progenero, \* Progigno.  
 Prolongo, \* Traho, differo, profero, provideo, prorogo,  
 diem profero, tempus dirimo.  
 Promano, \* Permano.  
 Promptitudo, \* Alacritas.  
 Propalo, \* In medium profero, divulgo, palam profero,  
 rejicio.  
 Propatulus, \* Promptus.  
 Properanter, \* Festinanter, properans.  
 Properè, \* Festinanter.  
 Properus, \* Prosperus.  
 Prophasis, \* Lat. Prætextus.  
 Proponere quæstionem, \* Ponere quæstionem.  
 Proportionaliter, \* Prorata portione.  
 Prorsum, \* Prorsus.  
 Prosa, \* Soluta oratio, verba soluta, oratio, nuda oratio,  
 soluta modis oratio.  
 Prospicienter, \* Prudenter, prudentissimè.  
 Prostituo, \* Corpus palam ad omnes libidines divulgo, &  
 vulgo: palam in meretricia vita me colloco, omnibus me  
 colloco, omnibus me vulgo, pervulgo.  
 Protector, \* Patronus, parens, ac Deus vitæ, fortunæ, me-  
 moriæ, nominis.  
 Protervè, \* Petulanter.  
 Protervia, \* Protervitas.  
 Protestor, \* Denuncio, testor, contestor.  
 Protocolium, \* Autoritates.  
 Proventus, \* Fructus.  
 Proximior, \* Anterior, vicinus, ceterior, propior, junctior.  
 Puellaris, \* Virginalis.  
 Pullatus, \* Attratus.  
 Pulmentarium, \* Pulmentum.  
 Pulpitum, \* Suggestum, pons.  
 Punctus, \* Punctum, momentum.  
 Punitus, \* Mulclatus.  
 Purgamentum, \* Sordes.  
 Puritas, \* Proprietas, munditia, elegantia.  
 Pusillanimitas, \* Timiditas, animus pusillus, angustus ani-  
 mus & demissus, imbellicitas, inhirmitas, egestas animi,  
 angustia pectoris.  
 Pusillanimitè, \* Timidè, timido animo, humili, demisso,  
 fracto.  
 Pusillanimus, \* Timidus, qui parvo animo est, animum par-  
 vum habens, vel nihili, & parvi animi homo, mentis an-  
 gustæ, & humilis, jejuno & angusto animo, minutus &  
 angustus animus.

Q.

**Q**UA conscientia hoc facis? \* Qua mente?  
 Quadrum, \* Quadratum.  
 Qualisqualis, \* Cujusque modi, cujusmodicumque,  
 qualiscumque.  
 Qualitercumque, \* Perinde, utcumque.  
 Quantitas continua, & discreta, \* Quantitas continuata, &  
 sejuncta.  
 Quantitas, \* Numerus, vis.  
 Quidditas, \* Lat. Essentia, & vis.

R.

**R**Apinor, \* Rapio.  
 Ratifico, \* Ratum facio, ratum habeo.  
 Rationabiliter, \* Probabiliter, certa ratione.

Dd 3

Rau-



Rauesco, \* Raucus fio.  
 Raucitas, \* Vox obtusa.  
 Rebellio, \* Defectio, alienatio, perduellio.  
 Rebellis, \* Qui ab aliquo deficit, perduellis.  
 Rebello, \* Ab aliquo deficio, descisco, retrahor.  
 Receptor, \* Receptator, coactor.  
 Recompendo, \* Commendo.  
 Recompenso, \* Compenso.  
 Redargutio, \* Refutatio, reprehensio.  
 Redditus, \* Fructus, vectigal, quod ex tuis possessionibus reficitur.  
 Reduplico, \* Conduplico.  
 Relocillo, \* Reficio, recreo.  
 Regaliter, \* Regificè.  
 Regimen, \* Consecutio.  
 Registro, \* In publicas tabulas refero, in libellum refero.  
 Registrum, \* Commentarium ( Commentarius veteres dixerunt ) tabulæ, litteræ publicæ.  
 Rejuvenesco, \* Renascor, revivisco, repuerasco.  
 Rejici in Magistratus petitione, \* Repulsam ferre.  
 Relativa, \* Quæ sub eandem rationem cadunt, quæ cum aliquo conferuntur.  
 Relativè, \* Comparatè.  
 Relaxus, \* Laxus.  
 Remedium quærere, \* Facere alicui medicinam, & adhibere.  
 Remordeo, \* Morderi est melius conscientia.  
 Ren, \* Renes.  
 Renego, \* Nego, denego.  
 Repudium, \* Repudiatio.  
 Repulsio, \* Repuisa.  
 Respectivè, \* Comparatè.  
 Respectus, \* Ad privatum dolorem, ad rationem Reipubl.  
 Resplendo, \* Reluceo.  
 Restagno, \* Redundo.  
 Restauo, \* Resarcio, restituo, instauro.  
 Resurgere à mortuis, \* Excitari ab inferis, reviviscere.  
 Resumo, \* Colligo, recreo, recipio me.  
 Resurgo, \* Surgo, excitor ab inferis.  
 Resuscito, \* Recreo, exito, ab inferis revoco, ab Acheronte excito, vitam restituo, à mortuis excito, reducem ab inferis sisto.  
 Revalesco, \* Convalesco.  
 Revelo, \* Enuncio, judico, profero, aperio, illustro, patefacio.  
 Revolutio, \* Reperitio, circulus, orbis, rotundus ambitus, conversio.  
 Ridicularis, \* Jocularis, ridiculus.  
 Ringor, \* Subringor.  
 Risibilis, \* Qui habet naturam, ut ridere possit.  
 Rixosus, \* Concitus ad rixam.  
 Robustè, \* Nervosè.  
 Robustas, \* Gladiatoria corporis firmitas.  
 Rotunda chorea, \* Saltatorius orbis.  
 Rubedo, \* Rubor.  
 Ruditas, \* Infirmitas ingenii, stupiditas, stupor.  
 Ruricula, \* Agricola.

## S.

Sacristia, \* Sacrarium.  
 Sæculis retrorsioribus, \* Multis retrò sæculis.  
 Sævio, \* Sævitiâ exerceo, crudelitatem in aliquem adhibere.  
 Sagittator, \* Sagittarius.  
 Salarium, \* Merces, præmium.  
 Salvator, \* Soter, servator, conservator.  
 Salvificus, Salutaris, salubris.  
 Salutiifer, \* Salutaris.  
 Salvus conductus, \* Fides publica.  
 Sane, \* Salubriter.  
 Sanguisuga, \* Hirudo.  
 Sapidus, \* Conditus.  
 Satiatus, \* Saturatus, satietate defessus.

Satum, \* Seges.  
 Scabinus, \* Judex.  
 Scabo, \* Perfrico.  
 Scabrositas, \* Spinæ, disserendi asperitas.  
 Scalpo, \* Perfrico.  
 Scibilis, \* Quod scientia continetur.  
 Scintillo, \* Igniculos jacio.  
 Scire propter quid, \* Scire rem ex causa.  
 Scire quia est, \* Scire rem ex effectu.  
 Scrupulosè agere, \* Nimis exiguè & exiliter, ad calculos revocare.  
 Scrupulosus, \* Justus, sanctus, rectus.  
 Sculpo, \* Incido.  
 Scriptor, \* Fictor.  
 Scurrilitas, \* Obscœnitas, scurrillis jocus.  
 Secessus, \* Recessus, locus remotus, solitudo, latebra, longè procul ab oculis populi.  
 Secretè, \* Secretò.  
 Sectario, \* Assectatio.  
 Sectatrix, \* Consectatrix.  
 Secundo, \* Secundo ioco.  
 Secundum amicitiam nostram, \* Pro nostra familiaritate.  
 Secundum virtutem, \* Ex virtute.  
 Secundum quid, \* Quadam ex parte.  
 Securatio, \* Cautio.  
 Securo, \* Caveo ab aliquo.  
 Securè, \* Sine cura.  
 Semel adhuc, \* Iterum.  
 Senatui aliquod proponere, \* Referti quid ad Senatum, de re aliqua.  
 Sensatus, \* Sentiens.  
 Sensibus, \* Habens sensum.  
 Separatio, \* Divortium, dissidium.  
 Septentrionalis, \* Aquilonaris, sub axe positus, ad septem stellas, aliter Aquilonaris.  
 Sequax, \* Qui sequitur.  
 Sequi, vel tenere alicujus sententiam, \* Stare iudicio alicujus.  
 Serio, \* Graviter, affirmatè.  
 Sericus, \* Serius.  
 Serva, \* Ancilla, famula.  
 Sigillo, \* Signo, obsigno, consigno.  
 Significativum, \* Vis, notio, sententia, potestas, significatio.  
 Signio, \* Signo, insigno.  
 Simul natura, \* Simul naturæ ordine.  
 Singillatim, \* Singulatim, sigillatim.  
 Situatus, \* Situs.  
 Sobrius, \* Siccus.  
 Solamen, \* Solatium.  
 Solemnizo, \* Ago diem festum, ago diem natalem, quotannis.  
 Solummodò, \* Dumtaxât, tantummodò, solùm.  
 Somnolentia, \* Sopor, languor.  
 Somnolentus, \* Somno plenus, somniculosus, gravibus oculis.  
 Sonoritas, \* Canorum.  
 Sonorus, \* Canorus.  
 Soppio, \* Consoppio.  
 Sparsim, \* Fusè.  
 Specialissima, \* Species ultima, extrema species, seu forma.  
 Specialis, \* Præcipuus, ultimus, extremus.  
 Speciatim, \* Nominatim, sigillatim.  
 Species, \* Forma.  
 Sperma, \* Semen.  
 Spira, \* Sed est quasi rudentis explicatio.  
 Spissitudo, \* Frequentia.  
 Spontaneus, \* Voluntarius.  
 Spuo, \* Conspuo.  
 Spurcicia, \* Lues.  
 Sputo, \* Consputo.  
 Stadiodromus, \* Qui stadium currit.



Statuarius, \* Fictor, qui signa fabricat.  
 Sternutatio, \* Sternutamentum.  
 Stipendio, \* Conduco.  
 Stupha, \* Hypocaustum.  
 Subaltero, \* Subjungo: ut, omnes artes Oratori subungere, vel subjicere.  
 Subcontrariæ præpositiones, \* Adversis contrariæ.  
 Subditus, \* alicui subjectus, vectigalis, stipendiarius cliens.  
 Subhasto, \* Præconi subjicio.  
 Subitanè, \* Subitò.  
 Subitaneus, \* Subitus.  
 Subjugatio, \* Qui in dominatù alicujus est subjectus.  
 Subjugo, \* Subigo, bello, domo, jugum servile impono.  
 Subjugus, \* Abjectus.  
 Sublimitas, \* Excelsitas.  
 Sublimiter, \* Sublimè.  
 Submonitor, \* Hypodidascalus.  
 Substantia, \* Natura, opes.  
 Substitutus, \* Vicarius.  
 Successivè, \* Sensim, pedetentim.  
 Sufficiens, \* Contentus.  
 SuffICIENTER, \* Satis commodè.  
 SuffICIENTIS, \* Quod satis est.  
 Sugillo, \* Exisumationem imminuo, violo famam, lædo, de fama detraho.  
 Summaria, \* Capita.  
 Sumptum, \* Sumptio.  
 Superabundo, \* Supero, superfluo, affluo, abundo.  
 Superbio, \* Semel dictum à Cicer. 4. Act. 50. Effero, animos effero, extollor, insolesco, spiritus assumo.  
 Superciliosus, \* Qui vultui importuno est.  
 Superficies, \* Extremitas, libramentum.  
 Superfluitas, \* Redundantia.  
 Superfluous, \* Supervacaneus, supervacuus, redundans, quod supersit.  
 Superimpleo, \* Cumulo.  
 Superioritas, \* Excellentia, præstantia.  
 Superscriptio, \* Inscriptio.  
 Supervivo, \* Supersum.  
 Supponere, \* Ponere.  
 Suspiratio, \* Suspirium.  
 Sustentaculum, \* Fundamentum, basis.  
 Syllogizo, \* Ratiocinor.  
 Syllogismus, \* Ratiocinatio, ratio argumenti, conclusio, illatio, quæ ex rebus perceptis ad id quod non percipiebatur, adducit.  
 Symbolum, \* Collecta, Topic. 35. Arist. Symbolon appellat, quod est Latine Nota.  
 Syngraphum, \* Syngrapha.

## T.

**T**Abularius, vel tabellarius, \* Custos tabularum, & tanquam quæstor.  
 Tancillum, \* Ne punctum quidem temporis, minima mota.  
 Tangibilis, \* Tractabilis, res quæ sub tactum cadit.  
 Tardatio, \* Tarditas, procrastinatio, mora, commoratio.  
 Taxo, \* Æstimo.  
 Techna, \* Dolus, fraus.  
 Tegumentum, \* Tegmen, tegumentum.  
 Temo, \* Clavus, gubernaculum.  
 Temperatura, \* Temperamentum, temperatio.  
 Tempestuosus, \* Turbulentus.  
 Tenaciter, \* Pertinaciter.  
 Tenebrosus, \* Tenebrosus, cæcus.  
 Testamentum, \* Tentatio.  
 Tepiditas, \* Tepor.

Terrefacio, \* Terrorem affero.  
 Terreus, \* Terrenus.  
 Terriculum, \* Terrificus.  
 Testatio, \* Testificatio.  
 Textus, \* Scriptum.  
 Theones, \* Cognitio, contemplatioque naturæ: tractate, contemplarique res cognitione dignissimas.  
 Thesaurizo, \* Pecuniam condo.  
 Tinctor, \* Infector.  
 Titulus, \* Inscriptio.  
 Tolerans, \* Perferens.  
 Tontrix, \* Tonstricula.  
 Tonus, \* Sonus.  
 Tormento, \* Excrucio.  
 Tordator, \* L. Mensor.  
 Tortura, \* Tormentum.  
 Totalis, \* Totus.  
 Toxicum, \* Venenum.  
 Tractatus, \* Tractatio, opus, liber, lucubratio.  
 Tractim, \* Lentè.  
 Transactio, \* Decisio.  
 Transfiguro, \* Muto, commuto, convertito.  
 Transformor, \* Convertor, forma aliqua induor, convertito.  
 Transmutatio, \* Vicissitudo.  
 Transnato, \* Trano, transno.  
 Terminus, \* Vocabulum, aut verbum.  
 Transcribere, \* Describere.  
 Transmuto, \* Convertito, transfero.  
 Trecenti, \* Tercenti.  
 Tredecim, \* Decem & tres, tres & decem.  
 Trepidus, \* Tremens, Horrens.  
 Triginta octo, \* Duodequadraginta.  
 Triuncium, \* Teruncius.  
 Tropicus, \* Solstitialis, orbis brumalis, orbis revocatio.  
 Typographus, \* Librarius.  
 Tyrannicida, \* Vindex, & oppressor injustæ dominationis.  
 Tyrannocidus, \* Qui tyrannum necavit.

## V.

**V**Acantia, \* Vacatio.  
 Vacuo, \* Exhaustio, vacuum facio, nudum, inaneque relinquo.  
 Vacuum, \* Inanitas, inane.  
 Vagabundus, \* Vagus, qui sedem stabilem, & domicilium certum non habet.  
 Valedico, \* Jubeo valere.  
 Valenter, \* Fortiter, viriliter.  
 Valor, \* Præmium, æstimatio, autoritas, momentum, virtus.  
 Vane, \* Inaniter.  
 Vappa, \* Vinum fugiens.  
 Vaticinium, \* Vaticinatio.  
 Ubertim, \* Uberius.  
 Væcordia, \* Stupor cordis.  
 Vegetativum, \* Quod veget, quod vivit.  
 Vehementia, \* Acrimonia.  
 Velox, \* Concitatus, volucer.  
 Venenosus, \* Venenans.  
 Venerosus, \* Venerens.  
 Ventositas, \* Quod habet inflationem magnam.  
 Verifico, \* Probo.  
 Veriloquus, \* Veridicus.  
 Versificor, \* Condo pœma, pango, facio, conficio versus & cano.  
 Vices, \* Partes.  
 Viscualia, \* Commearus.  
 Visibilis, \* Aspectabilis.  
 Vituperium, \* Opprobrium, vituperatio.  
 Vivacitas, \* Viriditas.



Vivifico, \* Vitam do.

Ulcero, Exulcero.

Uterius, \* Longius.

Ultimatè, \* Proximè.

Ultroneus, \* Voluntarius, lectus ipse à se.

Unanimis, vel unanimus, \* Concors, consentiens: una mente congruentes, consentientes, una voce, una mente consentientes, una atque constanti voce, una voce ac mente: voluntatum, studiorum, & sententiarum summa consensus, omnes uno ore consentientes, omnes ad unum idem sentientes, hominum consentiens autoritas.

Unanimitas, \* Consentiens voluntas, unus consensus omnium.

Unanimiter, \* Una mente, uno ore, omnes uno animo, atque una voce & consensu.

Uncinus, \* Uncus.

Uncus, \* Uncinatus.

Undecumque, \* Ex omni parte, undique.

Uniformis, \* Hujusmodi sui similis, ejusdem naturæ, constant, perpetuus.

Unigenitus, \* Unigena, unicus.

Unio, \* Concordia.

Unio, nis, \* In unum conduco, congrego.

Universaliter, \* Generaliter, generatum, universè, omninè.

Voluptuosus, \* Voluptuarius, jucundus.

Vomitus, \* Vomitio.

Voracitas, \* Abdomen, edacitas.

Vulgariter, \* Populariter, plebejo sermone.

Z.

**Z**elus, \* Æmulatio.

Zephyrus, \* Favonius.





DICTIONARIUM  
PROPRIORUM  
NOMINUM  
EX PROBATISSIMIS GRÆCÆ,  
ET LATINÆ LINGUÆ

AUCTORIBUS CONCINNATUM,  
ATQUE DILIGENTIUS, ET ACCURATIUS,  
quàm antehac, emendatum & auctum. Ælio  
Antonio Nebrissensi, Grammatico,  
Chronographo Regio,  
Auctore.

CUI AD VOCUM AUGMENTUM IN HAC OMNIUM  
postrema editione ( præter dictiones studio atque industria Joannis Lo-  
pez Serrani Malacitani additas ) innumeræ aliæ adjiciuntur per Magistrum  
D. Guilielmum Ochasa Presbyterum, Civem patricium, & Vicarium per-  
petuum Clonmeliensem in Hibernia, S. R. E. Notarium, & ex an-  
tiquiori D. Hieronymi apud Complutenses Theologorum Collegio  
Ecclesiæ Parochialis Oppidi de Ornos, Rectorem.

ADJECTÆ SUNT, UT IN ALIIS,  
ad calcem Recentiores, ac vulgares locorum pro-  
priae appellationes, Alphabetica serie  
vice versa digestæ.



DICTIONARIUM LATINUM, HISTORICUM, AC POETICUM,  
omnia Gentium, Regionum, Urbium, Oppidorum, Fontium, Montium, Equo-  
rum, Fluviorum, Lacuum, Promonteriorum, Portuum, Sinuum, Insularum, Ma-  
rium, Virorum, Mulierum, Deorum, Stagnorum, Ventorum, Syderum, Syl-  
varum, Solitudinum, Populorum, Vicorum, Spelunca-  
rum, Emporiorum,

*Antiqua, recentioraque ad sacras, & prophanas Historias, Poëtarumque fabulas intelli-  
gendas necessaria nomina complectens: nunc denuò ab innumeris, quibus antehac sca-  
rebat, mendis, purgatum, cura & studio R. P. Fr. Eugenii Zeballos, August.*

## A A N T E A

**A** A, amnis in Gallia Belgica.  
Aalac, mons est in Syria.  
Aarassus, civitas Pisidiæ.  
Aaron filius Amram, Moysis frater, Hebræorum primus Pon-  
tifex consecratus.  
Aaron, Sarracenorum Amirrhas.  
Aaron, Persarum Rex.  
Aasbai, filius Machari, 2. Reg. 23. v. 34.  
- Arcocælis, civitas, quam incolunt Arcocælitani.  
 Arcobadara, civit. est in Dacia. *Ptol.*  
 Arcobrica, opp. est in Hisp. *Ptol.* Vulg. *Arcas.*  
 Arcobricenses, ejus oppidi incolæ. *Ptol.*  
 Arcetamum, oppidum Germaniæ. *Ptol.*  
 Arcetanes, gens Epirotica. *Steph.*  
 Arcétax, mons est Propontidis. *Strab.*  
 Arcélia, oppidum Lageniæ in Hybernia.  
 Arcellonia, oppidum Connacicæ in Hybernia.  
 Arcélon, mons est, qui imminet Cyzico.  
 Arcélonnessos, insula est adjacens *Halicarnasso.*  
 Arcélonæsus, insula non longè à Thraciæ Chersonneso.  
 Arcélophylax est stellula juxta majorem ursam, quæ alio nomine Bootes, alio Arturus dicitur.  
 Arcétos, Latine ursa, sidus est circa polum Arcticum.  
 Arcétous, id est, Septentrionalis, ut Arcétous polus.  
 Arcétus, promontorium est insul. Sardiniz.  
 Arculus, dictus est Deus, qui curam gereret arcarum. *Fest.*  
 Ardaphia, oppidum Momoniarum in Hybernia.  
 Ardalides, vel Ardaborides, Musæ coluntur in Troæzene ab Ardalo quodam conditore, aut à loco dictæ. *Steph.*  
 Ardania, civitas, est in Peloponneso.  
 Ardanis, civitas est in Marmaride Ægypti.  
 Ardas, oppidum Ultoniæ in Hybernia, unde Vicecomes Arde.  
 Ardbricania, opp. Mediæ in Hybernia, ac sedes Episcopalis.  
 Ardea, opp. Rutulorum in Latio, sic dictum, quasi *ardua.*  
 Ardeates, vel Ardeatini, populi illius regionis.  
 Ardea, civitas est Persidis regionis. *Ptol.*  
 Ardea, Ulyssis, & Circes filius. *Steph.*  
 Ardia, opp. Momoniarum in Hybernia, ac sedes Episcopalis.  
 Ardia, oppidum Ultoniæ in Hybernia.  
 Ardia, civitas Illyrici.  
 Ardiscus, fluvius Scythiæ. *Herod. lib. 1.*  
 Ardistama, civitas est Bezeniorum in Galatia.  
 Ardnacha, civitas Archiepiscopalis Ultoniæ, & totius Hyberniæ Primaria à S. Patrio fundata, quondam Universitate celebris, & nunc Caput Comitatus.  
 Arduenna, sylva est Galliæ inter Treviros, & Rhenos.  
 Ardys, filius Gygis Lydorum Regis. *Herod. lib. 1.*  
 Area, v& Aria, pen. prod. insula est in Ponto versus Colchos.  
 Area, fons, & locus in Thebis: incolæ Arli dicuntur. *Steph.*  
 Areates, Sarmatæ populi sunt Thraciæ regionis.  
 Arecomici, populi Galliæ Narbonensis, qui *Straboni* dicuntur Aricomisci: hodie Avenionenses appellamus.  
 Aremonica regio Aquitanicæ in Gallia. Vulgò *Guienna.*  
 Aregeia, civit. est Germaniæ. *Ptol.*  
 Arelate, civit. in Norico. *Ptol.* Vulgò *Lintz.*  
 Arelate, sive Arelas, urbs Galliæ Narbonensis inter Salyes. Vulgò *Arlés.*  
 Arelatenses, populi sunt superioris civitatis.  
 Aremonium, oppidum est Britannicæ. *Ptol.*  
 Arena, civitas est Tryphiliæ, & Meseniz in Peloponneso, quam *Hom. Amanam* vocat. *(Arimphæi.)*  
 Areniphei, pop. Septentrionales ad Riphæos montes; melius Arenosum littus. *Ptol.* Ponti in Casica.  
 Areopagitæ, judices fuere Athenienses severissimi.  
 Areopagus, pen. prod. vicus erat Athenis à templo Martis sic  
 Ateopolis, civitas Arabiæ, quæ alio nomine Moab. *(dictus.)*  
 Areopolitæ populi, qui habitant Areopolim.  
 Ares, aris, Græcè interp. *Mars.*  
 Ares, Regio Eubiæ. *Steph.* hinc Aresius Gentile.  
 Arestor, opp. est Galliæ Lugdunensis.  
 Arestor, Pelasgi pater.  
 Areta, Aristippi philosophi filia.  
 Arete, uxor Alcinoi Phæacum Regis. *Hom.*  
 Arethoux, Rex fuit in Arana Bæotiæ.  
 Arethusa, lacus majoris Armeniæ. *Plin.* *(Diana versa.)*  
 Arethusa, Nerei, & Doridis filia, in fontem sui nominis à  
 Arethusa, fons est qui emergit ex Ortygia.  
 Arethusa, alter fons in Eubiæ insula.  
 Arethusa, tertius fons est Bæotiæ regionis.



Arethusa, quartus fons est Smyrnæ.  
 Arethusa, quintus fons est Chalcidæ.  
 Arethusa, sextus fons est in Ithaca insula. (Cesarum. Cic.)  
 Arethusa, septimus fons est in insula quarta parte urbis Syra-  
 Arethusa, octavus fons est Armeniæ.  
 Arethusa, locus Syriæ munitus, juxta Emesam. Strab.  
 Arethusa, opp. est Syriæ Coeles regionis. Volat.  
 Arethusa, oppidum Græciæ.  
 Arethusa, opp. Macedoniæ. Plin. lib. 6. cap. 28.  
 Arethusa, civitas Eubææ.  
 Arethusii, pop. in Macedonia. Plin. lib. 4. cap. 10.  
 Arethusæus, a, um, adject. ut Arethusæi latices. Claud.  
 Aretium, opp. Hetruriæ. Vulg. Arezzo.  
 Aretini, pop. sunt ejus opp. incolæ.  
 Aretus, filius fuit Nestoris, & Euridices. Boec.  
 Arevæ, fluv. est Hispaniæ citerioris.  
 Arevaci, pop. Hispaniæ, qui juxta Arevam habitabant.  
 Arga, vicus est Arabiæ Fœlicis. Ptol.  
 Argei, pop. sunt Arabiæ Desertiæ. Ptol.  
 Argæus, Pelopis fuit filius, & Alestoris pater.  
 Argæus alius, quem dicunt primum fuisse, qui crematus sit,  
 & ab eo morem servatum.  
 Argæus, mons est Cappadociæ ad Mazacam civitatem.  
 Argais, insula juxta Lyciam. Steph.  
 Argales, mons est Lybiæ interioris.  
 Arganthe, civitas Indiæ. Steph.  
 Arganthonium, mons est Prusiadi imminens.  
 Arganthonius, Rex fuit in Arna civitate Bœotia.  
 Arganthonius, Rex Hispaniæ, qui annis vixit 120. Plin. teste,  
 Silius autem ait vixisse 300.  
 Argarusdaca, opp. Mediæ. Ptol.  
 Argathon, mons in Mysia, ubi raptus Hylas.  
 Argea, vel Argema Steph. Loca Romæ, sic appellata, quod  
 in his sepulti essent quidam Argivorum illustres viri. Plin.  
 & Varr. lib. 4. de Lingua Latina.  
 Argeæ, insula parva est juxta Ganovum Ægyptiam. Steph.  
 Argemissa, insula ad continentem Troadis.  
 Argemicum, promontorium Troadis.  
 Argemos, insula est in ora regionis Jonicæ. (Stellaro.  
 Argemum, promontorium est Lesbi insulæ. Vulg. Cabo  
 Argemum, promont. est Siciliæ insulæ. Vulg. Cabo de S. Alexi.  
 Argemum, promont. est Asiæ.  
 Argeum, promont. est sinus Ærythræi.  
 Argentiola, civit. est in Hispania. Ptol.  
 Argenteus, fluv. est Galliæ Narbonensis.  
 Argentoratum, urbs Germaniæ. Ptol. alio nomine Argentina.  
 Vulg. Strasburg.  
 Argentum, nomen Bœticæ, undè Bætis effluit. Vulg. Alcazar.  
 Argensia, insula non procul à Lesbo. Steph.  
 Argeos, vocabant scirpeas effigies, quæ per Virgines Vesta-  
 les singulis annis in Tyberin projiciebantur. Varro.  
 Argestes, ventus Occidentalis frigidus, alio nomine Carus  
 dictus. Plin. lib. 2. cap. 47.  
 Argestratus. Tercero Rey de los Lacedemonios, reynó años 35.  
 Argeus, mons omnium altissimus, qui semper in summo ni-  
 ves habet. Strab. lib. 12.  
 Argeus. Quinto Rey de Macedonia, reynó años 38.  
 Argeus, 17. Rey de Macedonia, reynó un año.  
 Argens, a, um, idem quod Argivus. Horat. lib. 4. Carm.  
 Argi, civitas in Italia, quam condidit Diomedes.  
 Argia, Adastri Argivorum Regis filia, & Polinices uxor.  
 Argiæ, arum, opp. est Laconiæ.  
 Argiæ, insul. sunt in ora Cariæ regionis, numero viginti.  
 Argidana, civitas est Daciæ. Ptol.  
 Argi, orum, civit. est eadem quæ Argos.  
 Argila, urbs est Cariæ. Steph.  
 Argilæ domicilia sunt, in quibus Cimerii habitant.  
 Argiletum, locus Romæ ab Argo dictus, quod is eo venerit,  
 ibique sepultus sit. Varro.  
 Argilus, urbs est Æmatia, haud procul à Strymone fluvio.  
 Arginusæ, tres insulæ parvæ ante Asiam propè Lesbum.

Argiops, Nymphæ nomen.  
 Argiphontes, dictus est Mercurius ab Argo, quod album &  
 celerem significat. (teremit. Sip.)  
 Argiphontes, dictus est etiam Mercurius, quod Argum in-  
 Argippæi, populi sunt ultra Sarinatas. Herod.  
 Argirippa, urbs Apuliæ à Diomede condita, quæ & Argi.  
 Argirusei, populi sunt Italiæ. Strab. (lata. Strab.)  
 Argissa, Thessaliæ civitas propè Peneum, post Argusa appel-  
 Argivi, populi sunt Argorum habitatores.  
 Argo, navis longa, in qua Jason cum 54. Heroibus Thessalis  
 in Colchum ad asserendum vellus aureum navigavit.  
 Argo, quasi Argos, i, velox dicta.  
 Argo, alii dictam esse ab Argivis volunt. Cicero.  
 Argo dicitur prima fuisse navium; antea enim parvis navi-  
 culis utebantur. Virg. Eclog. 4.  
 Argo navis, signum cæleste, oritur pridie Idus Martii.  
 Argonautæ, Heroes qui cum Jasone ad asserendum vellus  
 aureum, in Colchum navigarunt.  
 Argolis, dis, id est, Argiva, regio est Peloponnesi.  
 Argolicus, sinus in Peloponneso Argolide. Vulgò Golfo de  
 Napoli.  
 Argolicus, a, um, idem quod Argivus.  
 Argopelasgicon, civit. est Thessaliæ.  
 Argopelasgos. Llana Homero à los de Tesalia.  
 Argos Inachium, quod Dipsium, id est. Troezon. Vulg. Predana.  
 Argos Hippium, civitas est Apuliæ Dannia.  
 Argos Hippion, civitas in Achaja, non longè à Mycenis.  
 Argos Amphiloichium, civitas Acarnaniæ.  
 Argos Jason, civitas est Peloponnesi.  
 Argos Oresticon, civitas est Epiri regionis.  
 Argos, quædam regio, pars Græciæ.  
 Argos, dicta fuit omnis ora littoralis ab Argia matre Pefas-  
 gi, quæ eis imperavit.  
 Argos, canis nomen, qui fuit Ulyssis. Hom.  
 Argos, Agenorise equus, à quo Argos Jasonis civitas dicta fuit.  
 Argous, portus est in Ætolia. Strab.  
 Argulus, filius Amyclatis, primi quadrigæ inventoris.  
 Argusa, civitas Thessaliæ prius dicta Argissa.  
 Argus, Rex Argivorum, cui filius Apis fuit.  
 Argus, filius Aristoris, qui oculos 100. habuit. Ovid.  
 Argus, munitio alta juxta Taurum montem.  
 Argynus, puer formosus Agamemnoni charissimus submer-  
 sus. Propert. lib. 3.  
 Argyra, urbs metropolitana insulæ Trapobanzæ. (facit.  
 Argyra, civitas est Siciliæ, undè se Diod. Siculus oriundum  
 Argyrinus, a, um, adjectiv. ad Argyra.  
 Argyrini, populi Epirotici. Steph. (dicitur.  
 Argyrippa, civitas Apuliæ, quæ & Argos Hippion, & Argi  
 Argyrondas, fluv. Ætolia propter argenteum aquæ colorem.  
 Argyrotoxos, argenteum arcum ferens, quo nomine dictus  
 est Apollo.  
 Argyrus, civitas quædam apud Philistium. Steph.  
 Argyrus, mons. Vide Tartessus.  
 Argytes, fluv. est Hybernici. Ptol.  
 Aria, antiquum nomen Thraciæ. Steph.  
 Aria, regio est Asiæ majoris propè Arianam.  
 Aria, una ex Satrapiis Indiam terminantibus.  
 Aria regio, quam nunc vulgò Turquestam vocant.  
 Ariana, regio est Asiæ majoris propè Gedrosiam.  
 Aria, insula in Ponto Euxino. Pomp.  
 Ariabigenes, fuit Darii ex filia Gobriæ filius. Herod. lib. 7.  
 Ariadne, sive Ariadna, filia Minois Græciæ Regis ex Pasiphaë.  
 Ariadna, inter Astra relata vocatur Corona Gnosia.  
 Ariamaze, petra juxta Oxum fluvium.  
 Ariamenes, Xerxis frater.  
 Ariamnes, fuit nobiliss. Armeniæ civitas. Tortel.  
 Ariamnes, Arabum Princeps ad fallendum aptus. Platarc.  
 Ariantas, Rex Scytharum. Rhod. lib. 23. cap. 1.  
 Arianthe, civitas Oenothrorum. Steph.  
 Arianus, poeta cujus carminibus Tiberium Principem delecto-  
 ratum fuisse, Tranquillus scribit.



Ariaphites, Scytharum Rex, ut notat *Tertul.*  
 Ariarathes, Cappadociae Rex fuit. *Volat.*  
 Ariaria, gens Cadusis finitima. *Steph.*  
 Ariatis, nomen viri proprium. *Tortellio.*  
 Ariarathea, urbs praefectura Sargarausenz in Cappadocia.  
 Ariassus, civitas Carbaliae Pamphyliae.  
 Aricanda, Miniarum opp. juxta Pamphylia.  
 Auricandus, fluv. in Lymirum Licaoniae influens.  
 Arichi, orum, pop. sunt in Sarmatia Asiatica.  
 Arichondas, fuit primus auctor tubarum in Graecia.  
 Aricia, urbs fuit in Latio in via Appia. Hodie *Rizza in Campania de Roma.*  
 Aricia, puella fuit Attica Hippolyti uxor. *Virg.*  
 Aricia, æ, civitas est Hispaniae. *Procl.*  
 Aricinus, a, um, adject. ut Aricinum arvum.  
 Aricinum nemus erat juxta Ariciam urbem.  
 Aricinus, lacus erat juxta Ariciam urbem, qui speculum Dianae vocabatur.  
 Aricomisci, Galliae Narbonensis pop. qui & Arecomici.  
 Aricum, opp. est Locridis regionis.  
 Arridices, Philosophus quidam, cujus meminit *Macrob. lib. 7. Satur. cap. 3.*  
 Arizae nomen loci, 4. *Reg. 15.*  
 Arienates, pop. sunt Umbriae, qui interfecerunt.  
 Arieni, pop. Asiae fuerunt, qui periere. *Plin.*  
 Aries, caeleste signum in Zodiaco.  
 Arietis fons, promont. Tauricae regionis.  
 Ariel, quidam putant esse Acropolim ac Idolum Martis, quod illic situm est: interp. *Leo Dei.*  
 Ariel, cap. 24. *Isaiae*, accipitur pro civitate Jerusalem, in qua altare holocausti. In 43. verò *Ezechielis* altare holocausti significat. Est autem nomen viri. 1. *Paralip. 11. & Num. 6.*  
 Arii, pop. sunt juxta Indiam.  
 Arii sunt Asiae Scythiae populi. *Herod. lib. 4.*  
 Arigena, fluv. Bituricensium in Gallia Lugdunensi.  
 Arimanius, Plutonis cognomen, apud Persas.  
 Arimaspus, fluv. est Scythiae in Asia, aureis arenis abundans. *Luc.*  
 Arimaspi, populi sunt Scythiae Europaeae, versus Aquilonis exortum, unum oculum tantum in fronte habentes. *Plin.*  
 Ariminum, urbs Aquitaniae in Gallia.  
 Ariminum, urbs vetus in Flaminia juxta Rubiconem. Vulgo *Arimino.*  
 Ariminensis, adject. incolae Arimini. *Hor.*  
 Arimara, civitas est Syriae ad Euphratem fluvium.  
 Arimantis, vicus est in Cyrenaica regione.  
 Arimphaei, pop. sunt Asiae prope montes Riphæos, qui bacis visitant.  
 Arimus, Rex Mysiae, sive Mæoniae. *Varron.*  
 Arimi, pop. Syriae ab Homero celebrati.  
 Arina, opp. mediterr. Mauritaniae Cæsariensis.  
 Atindela, pars quaedam aut vicus Palaestinae. *Steph.*  
 Aripo, opp. mediterr. Mauritaniae Cæsariensis.  
 Ariobarzanes, Cappadociae Rex, qui Pompejo in Pharsalico bello favit.  
 Ariodonum, civitas Bavariae. Vulgo *Erding.*  
 Ariomachus, fuit Darii filius. *Herodot.*  
 Arion, Methymæus Citharædus, & Poëta Lyricus.  
 Arion, fuit equus jugalis Adrasi Argivorum Regis. *Propert.*  
 Arionius, a, um, adject. ut lyra Arionia.  
 Ariphron, nonus Atheniensium Rex, regnavit annis 20.  
 Arisba, sive Arisbe, opp. Troadis in littore Rhætio ab Achille eversum. *Virg. 9. Æneid. & Lucan. lib. 3.*  
 Arisbe, urbs Phrygiae juxta Pontum. *Hom. Iliad. 2.*  
 Arisbe, urbs fuit Lesbi terrænotu subversa.  
 Arisbus, fluv. in Thracia prope Gerebrenios. *Steph.*  
 Aristæus, filius Apollinis ex Cyrene filia Pænei fluvii Arcadiae, mellis, & venationis inventor. *Ovid. lib. 1. Fast.*  
 Aristadium, urbs Turingiae. Vulgo *Arnstatt.*

Aristagoras, fuit Praefectus exercitus Darii contra Graecos. *Herod. lib. 5. (Herod. lib. 5.)*  
 Aristagoras, Mileti tyrannus, Dario rebellavit suasu Histiaei.  
 Aristarchus, Grammaticus Alexandrinus qui fuit discipulus Aristophanis Grammatici. *Suid. (de Ponto.)*  
 Aristarchos vocamus alienorum scriptorum censores. *Ovid.*  
 Aristarchus Tegeates, Poëta tragicus. *Suid.*  
 Aristarchus, alius Ephesi tyrannus. *Suid.*  
 Aristarchus Macedo, Thessalonicensis. *Actor. 19. 29. Col. 4.*  
 Aristeia, insula in sinu Argolico. *Plin.*  
 Aristeas, Proconnesius genere, versificator. *Suid.*  
 Aristides, Philosophus Atheniensis. nobilitate, & justitia insignis fuit.  
 Aristides, alius Rhetor, & sophista. *Philost.*  
 Aristides, alius Thebanus, fuit pictor Apellis tempore.  
 Aristides, orator Atheniensis, cujus multae extant orationes.  
 Aristides, orator Atheniensis, Philosophus Christianus. *Hier.*  
 Aristippus Cyreneus, fuit Philos. Socratis auditor.  
 Aristippus, Metrodidactus, hujus ex filia nepos. *Cicer.*  
 Aristippæus, a, um, adject. ab Aristippo.  
 Aristo, onis, fuit Platonis pater.  
 Aristo, Philosophus Cous, Zenonis auditor. *Cicer.*  
 Aristobolus pater SS. Apostolorum Jacobi, & Joannis.  
 Aristobolus, nomen proprium Judæorum Regis.  
 Aristobulus, Judæus ex Paneade, unus fuit ex LXXII. Bibliæ interpretibus. *Euseb.*  
 Aristobulus alter, Judæus, scripsit rex gestas Alexandri.  
 Aristobulus, dictus natione Syrus. *Plin.*  
 Aristocleus, dictus est Plato ex avi paterni nomine: postea autem ob humerorum latitudinem Plato appellatus.  
 Aristocles, Philosophus Messanensis Peripateticus.  
 Aristocles, Lampsacenus Philosophus. *Suid.*  
 Aristocles, Megarensis sophista scripsit de Rhetorica, & alia nonnulla. *Suid.*  
 Aristocleides, Orchomeni tyrannus.  
 Aristodemus Nisæus, filius Manecratis. *Aristarch.*  
 Aristodemus, alius, qui magni Pompeii filios erudit.  
 Aristodemus, actor est fabularum. *Gel. lib. 11. cap. 9.*  
 Aristogenes Tasius, medicus, scripsit libros in medicina ad Antigonum Macedoniae Regem. *Suid.*  
 Aristogenes, Gnidius Medicus, servus Chryssippi. *Suid.*  
 Aristogiton, orator Atheniensis impudens. *Suid.*  
 Aristogiton, civis Atheniensis, liberator tyrannidis Pisistrati.  
 Aristolaus, Pausiae discipulus, unus est severissimus pictoribus. *Plin.*  
 Aristomache soror Dionysii tyranni.  
 Aristomaches, nomen prop. uxoris Dionis. *Plutarc.*  
 Aristomachus, viri proprium, qui amore apum ultra modum flagravit. *Plin. lib. 1. cap. 9.*  
 Aristomachus alius, qui de arte vini scripsit. *Plin. L 14. c. 19.*  
 Aristomenes, viri Atheniensis comici proprium.  
 Aristomenes, nomen Messenii viri, quem justissimum vocat *Hieron.*  
 Ariston, sculptor, cujus meminit *Plin. lib. 34. cap. 8.*  
 Ariston, Jurisconsultus quidam doctissimus. *Gellio.*  
 Aristonicus, Grammaticus Alexandrinus, scripsit in Theogoniam Hesiodi.  
 Aristonicus eunuchus Ptolemæi, dux belli fortissimus.  
 Aristonides, nomen statuarii. *Plin. lib. 34. cap. 14.*  
 Aristonides, pictor, de quo *Plin. lib. 15. cap. 11.*  
 Aristonymus, poëta comicus sub Philadelpho.  
 Aristopatra, mater Crateri cujusdam, qui sub Alexandro militavit. *Sirab.*  
 Aristophanes, poëta comicus Rhodius, lege verò Atheniensis, docuit fabulas 54. ejus extant 11. *Suid.*  
 Aristophanes, alter Byzantinus Grammaticus, Apellis filius, Callimachi discipulus. *Suid.*  
 Aristophaneus, a, um, adject. ut Aristophaneus versus.  
 Aristophon, nomen pictoris est. *Plin. lib. 35. cap. 11.*  
 Aristophontes, quasi *optimatum occisor.*  
 Aristor, Crotopi fuit filius, & pater Argi centoculi.



- Aristorides, Argus filius Aristoris.  
 Aristoteles, Stagiritia Philosoph. Platonis auditor.  
 Aristoteles, Philosophorum præcipuus, Peripateticorum Princeps.  
 Aristotelicus, a, um, & Aristoteleus, a, um, adjectiva.  
 Aristoxenus, Tarentinus Philos. & Medicus nobilissimus.  
 Aristoxenus alter, Cyreneus, in hortorum cura valdè delicatus fuit. *Suid.*  
 Arius, fluv. est Ariæ regionis Bactrianis conterminæ.  
 Arius Scythiæ populus est. *Lucio lib. 3.*  
 Aria, locus est Magorum montibus clausus.  
 Aritani, populi sunt Lusitanæ stipendiarii. *Plin.*  
 Armacheta, civitas est in Iberia Asiatica.  
 Armalchet, alio nomine Euphrates fluvius est. *Plin.*  
 Arnaviara, civitas Armeniæ majoris. *Ptol.*  
 Amazon, Germaniæ regionis promont. *Ptol.*  
 Armena, civitas est Galatiæ regionis. *Ptol.*  
 Armenia, regio Asiæ inter Taurum, & Caucasum montes sita.  
 Armenia est duplex: major, & minor. *Plin.*  
 Armenia major, regio est confinis Colc. à Septentrione.  
 Armenia minor, regio contermina majori.  
 Armeniacus, a, um, aliquid ex Arænia, ut Armeniaca mala.  
 Armeniæ Pylæ, quas subintrat Taurus mons.  
 Armenium, civitas propè Bæbidem lacum.  
 Arænius, mons est ab initio Hircaniæ. *Steph.*  
 Armenochalybes, populi mixti ex utrisque.  
 Arnedon, onis, insula est propè Cretam.  
 Armenii, populi sunt Lybiæ interioris. *Ptol.*  
 Arminius, Germanorum Chorus, eorum dux tempore Æmilii Lepidi Consulis. *Corn. Tacit.*  
 Armistæ, populi fuerunt Liburniæ regionis.  
 Armonica, civ. Cæsari, *por toda la Britaña.*  
 Armozica, civitas propè Cyrum fluvium.  
 Armusæ, civitas est Acarnaniæ regionis. *Ptol.*  
 Armusum, Acarnaniæ regionis promontorium.  
 Arna, civitas est Umbrorum in Italia. *Plin.*  
 Arna, civitas Lyciæ, Xantus postea dicta. *Steph.*  
 Arnea, parva civitas Lyciæ. *Steph.*  
 Arnates, pop. Umbrorum ab Arna. *Plin.*  
 Arne, civitas est juxta sinum Maliacum. *Plin.*  
 Armissa, civ. est Taulantiorum Macedoniæ. (*Raurici.*)  
 Arnoba, *Plin.* Arnoba. *Ptol.* Arnoba *Tacito*, mons ex adverso  
 Arnobius, Rhetor Lactantii magister.  
 Arnus, fluv. est rapacissimus Hetruriæ. *Vulg. Arno.*  
 Arnus, fluv. Mæotidem ab Armoriade dividens.  
 Arnus, alius est apud Vasconas.  
 Arnutæ, pop. Galliæ Lugdun. ad Sequanam.  
 Aroceæ, pop. Lybiæ interioris. *Ptol.*  
 Arocha, fluv. Locrorum in ora magnæ Græciæ.  
 Aroe, civitas Achajæ, quæ postea dicta Patræ. *Patræ.*  
 Aroerni, gens bellicosa Gallorum. *Steph.*  
 Aroma, urbs Æthiopiæ.  
 Aroma, atis, urbs Cappadociæ in Asia minori.  
 Aroma, urbs Lydiæ, sive Mæoniæ. *Strab.*  
 Aromata, tum, promontorium, & emporium Avalitiæ sinus in Æthiopia sub Ægypto.  
 Atopus, civitas quæ antea Rhaga dicebatur.  
 Aroteres, Scythiæ pop. sunt Thraciæ regionis.  
 Aroreba, pop. sunt Galleciæ in Hispania.  
 Arothia, quondam dicta sunt, quæ postea Cretina.  
 Arpani, pop. Arpinarum in Italia.  
 Arpandes, Ægypti pro Cambyse Præfectus. *Herodot.*  
 Arpii, pop. sunt Mysiæ inferioris. *Ptol.* (*dicta.*)  
 Arpii, urbs Apuliæ primo Argios Hippium, post Argirippa  
 Arpina, alia Asopi: item urbs ab eadem dicta.  
 Arpinum, urbs Volscorum in Latio, Ciceronis patria.  
 Arpinates, pop. sunt Arpini incolæ.  
 Arrha, opp. est Arabiæ Fœlicis. *Ptol.*  
 Arrapachitis, pars Assuriæ juxta Armeniam. *Ptol.*  
 Arrapa, civitas est Assuriæ. *Ptol.*  
 Arrhenia, civitas Italiæ. *Steph.*
- Arribantium, opp. est Mysiæ superioris. *Ptol.*  
 Arrhici, sive Arthechi, populi sunt ad paludes Mæotides.  
 Arrholus, civitas est Bysaltis in Macedonia.  
 Arrholus, promont. est in Peloponneso.  
 Arria, Romana mulier, quæ seipsam gladio confodit.  
 Arrianus, Poëta, cujus carminibus Tyberius Princeps valdè delectabatur. *Sueton.*  
 Arrianus è Nicomedia scripsit res gestas Alexandri Magni.  
 Arrius, familiaris fuit Ciceronis. *Horat.*  
 Arrius, Alexandrinus Philosophus Augusto gratus. *Plaut.*  
 Arrius, Hæresiarcha quidam Arrianiæ sectæ auctor. *Rufi.*  
 Arsa, opp. est Turdetanorum in Bætica regione. *Ptol.*  
 Arsaces, fuit postremus Persarum ex Parthis Rex, à quo omnes Persidis Reges dicti fuerunt Arsaces. *Serv.*  
 Arsacia, prius dicta Europus, urbs est in Media. *Strab.*  
 Arsanea, urbs Germaniæ. *Ptol.* *Vulgò Cleppern.*  
 Arsanias, fluv. Armeniæ in Euphratem fluens.  
 Arsanus, alter fluvius eundem influens.  
 Arsanata, eorum, civitas est Armeniæ majoris. *Ptol.*  
 Arsenaria, Mauritanæ Cæsariensis colonia. *Ptol.* *Vulgò Arzen.*  
 Arsenium, Germaniæ oppidum. *Ptol.*  
 Arsia, Hetruscorum sylva fuit Romanorum, cum Vejentibus & Hetruscis pugna celebris.  
 Arsicina, urbs Germaniæ. *Ptol.* hodie Brunna.  
 Arsicoras, Sardorum Rex tempore Annibalis. *Liv.*  
 Arsinoë, aliquando dicta fuit Ephesus. *Steph.* *Vulg. Foglie.*  
 Arsinoë, fuit filia Ptolemæi Lagi filii, & Lysimmachi Macedoniæ Regis uxor.  
 Arsinoë, urbs Cyreniæ regionis. *Ptol.* *Vulgò Trocara.*  
 Arsinoë, oppidum in littore sinus Arabici Vadian. *Vulg. Suecia, Puerto del mar Roxo.*  
 Arsinoë, opp. est Cypri insulæ. *Ptol.*  
 Arsinoë, opp. est in Ægypto.  
 Arsinoë, opp. est Siciliæ. *Strab. & Ptol.*  
 Arsinoë, Ætholiæ. *Strab.*  
 Arsinoites, nomos præfectura est Ægypti. *Ptol.*  
 Arsinoitica præfectura est Arsinoites.  
 Arsiete, pop. sunt Sarmatiæ Europæ. *Ptol.*  
 Arsia, est terminus longitudinis Italiæ.  
 Arsiusia, palus Armeniæ majoris est.  
 Arsinus, Argivorum fluv. qui & Absorus dicitur.  
 Arsinus, lacus est nitrosus propè Tigrim.  
 Arsomosata, civitas est Armeniæ majoris. *Ptol.*  
 Arsonium, urbs Germaniæ. *Ptol.* *Vulgò Prinsiniza.*  
 Arsiæca, civitas est Mediæ mediterianæ. *Ptol.*  
 Arsysia, Regio Psyrorum, & Chii. *Steph.*  
 Aria, locus ubi postea Lebedos fundata.  
 Artabanus, filius Histaspis, & frater Darii Persarum Regis.  
 Artabazes, Armeniæ Rex, filius Mihridatis. *Ptol.*  
 Artabicia inter insulas Propontides numeratur. *Steph.*  
 Artabri, pop. Galleciæ Hisp. (*terra.*)  
 Artabrum ejus loci promontor. *Pompon.* *Vulg. Cabo finis*  
 Artaca, mons arboribus plenus in Cizenorum insula.  
 Artaca, Phrygiæ oppidum, Milesiorum Colonia. *Ptol.*  
 Artace, castellum Bithyniæ. *Ptol.* *Vulg. Carpi.*  
 Artacena, Regio est Syriæ. *Strab. lib. 16.*  
 Artachæas, fuit Dux in exercitu Xerxis. *Herod.*  
 Artageras, proprium est Syri hominis. *Strab.*  
 Artanes Sophonus, Rex Armeniæ. *Strab. lib. 11.*  
 Artanes, fluv. in Istrum defluens. *Herod.*  
 Artarhanes, fuit unus ex Ducibus Darii. *Herod.* (*trizburg.*)  
 Artaunum, urbs Germaniæ. *Ptol.* hodie Herbipolis. *Vulg. Vvi-*  
 Artaxa, Rex Armeniæ, à quo ducebat originem Tigranes.  
 Artaxata, orum, Metropolis Armeniæ. *Vulg. Cobi.*  
 Artaxiasota, urbs eadem, sic à conditore Artaxia appellata. *Strab.*  
 Artaxerxes, filius Xerxis Rex Persarum. *Justin.* (*rus.*)  
 Artaxerxes, Longimanus dictus fuit, & alio nomine, Assue-  
 Artaxerxes alius, Cypri junioris frater, cognomento Memnon,  
 Arreatæ, fuerunt gentes Persicæ. *Herod.*  
 Artembares fuit vir clarus apud Medos. *Herod.*



Artemidorus, Gnidius Philosophus, Romæ Græcæ disciplinæ præceptor fuit, Bruto familiaris. *Plut.*  
 Artemidorus Daldianus, scripsit de interpretatione somniorum. *Suid.*  
 Artemis, Diana sic dicta, quasi adrem secans. *Strab.*  
 Artemisia, Regina Halicarnassi Mauseoli Caræ Regis uxor. *Suid.*  
 Artemisium, promont. est Eubœæ. *Suid.*  
 Artemisium, est quoque Dianæ simulacrum. *Suid.*  
 Artemisium, apud Macedones Majum mensem significat.  
 Artemisium, mons est Arcadiæ. *Plin.* lib. 4. cap. 6.  
 Artemisium, locus est propè Ariciam Dianæ sacer.  
 Artemita, insula Tuscauca.  
 Artemite, civitas insignis, quæ 500. stadiis à Seleucia distat. *Strab.* lib. 15.  
 Artemite, ins. est Ortygiæ proxima, quam alii Celadusam vocant.  
 Artemius, mons Acajæ.  
 Artemius, Romæ Præfectus carceris, qui cum filiabus martyrum sub Adriano Principe passus est. *Volat.*  
 Artemon, Syrus quidam Plebejus Antiocho Regi similis.  
 Artemon, Medici nomen. *Plin.* lib. 28. cap. 1.  
 Artemon, viri pictoris proprium. *Plin.* lib. 35. cap. 11.  
 Art habitata, pop. quadrupedum feratorum modo vagi. *Plin.*  
 Artigis, Hisp. civitas. *Ptol.* Vulgò *Alabama.*  
 Artochmes, unus fuit è Xerxis Ducibus. *Herodoto.*  
 Artotyritæ, pop. sunt qui diis panem, & caseum offerebant.  
 Artimii, pop. Asiæ propè Olympum.  
 Artymnesus, civitas Lyciæ Xanthiorum colonia. *Steph.*  
 Artynia, stagnum est minoris Asiæ. *Steph.*  
 Arvales fratres, dicti sunt Sacerdotes, quos Romulus primus instituit. *Gel.* lib. 6. cap. 7.  
 Arverni, Galliarum pop. super Ligerim siti. *Strab.* Vulg. *Auvergne.*  
 Arvisium, promont. est ins. Chii. *Plin.* l. 14. Vulg. *Marvilia.*  
 Arunca, urbs Italiæ ab Ausone constructa.  
 Arunci, populi habitatores in Arunca. *Liv.*  
 Aruns, filius maximus natu Tarquinii Superbi.  
 Aruns, vates Tuscus divinandi scientia insignis. *Lucan.*  
 Aruns, nomen viri, qui Camillam occidit. *Virg. Æneid.* 11.  
 Aruntius Paterculus, viri nomen in equum aureum, quem ipse conflaverat, injectus. *Plutarc.*  
 Arupenum, oppidum Istriæ.  
 Arupenum, opp. est Galliæ. *Strab.* lib. 5.  
 Arupinus, est Pannoniæ urbs. *Strab.* l. 7.  
 Arxata, civitas Armeniæ. *Strab.* l. 11.  
 Aryandes, Ægypti Prætor fuit à Cambyse constitutus. *Herod.*

## A A N T E S.

Asachæ, pop. sunt in montibus Æthiopiæ. *Plin.*  
 Asachus, fluv. est alluens Heracleam civitatem. *Liv.*  
 Asæ, vicus est Peloponnesi, non procul à Genea civitate. *Steph.*  
 Asæa, nomen est proprium montis. *Suid.*  
 Asæus, unus Græcorum ab Hercule interfectus. *Hom.*  
 Asander, viri proprium est. *Strab.* lib. 7.  
 Asaris, fluv. Heracleam alluens qui Assacus, & Assassus, & Apyla dicitur. *Plin.*  
 Asasobas, fluvius Æthiopiæ juxta Meroen.  
 Asbestæ, Lybiæ pop. ubi Ammonis oraculum fuit. *Volat.*  
 Asbestæ, pop. sunt juxta Cyrenem. *Ptol.*  
 Asbilus, Crotoniata, cujus meminit Pausanias.  
 Asbolus, nomen canis. *Ovid.*  
 Asbotus, pen. prod. urbs Thessaliæ. *Steph.*  
 Asca, Arabiæ oppium.  
 Asca, fons in quem demergitur Erasmus.  
 Asca, Siciliæ civitas ab Etymo Trojano condita. *Ser.*  
 Ascalaphus, Martis, & Astioches filius. *Hom.*  
 Ascalappus, fuit Acherontis, & Orphines filius.  
 Ascallingium, urbs Germaniæ. *Ptol.* Vulgò *Hildesheim.*  
 Ascalon, Palæstinæ Idumæorum civitas. *Strab.* Vulg. *Ascalona.*  
 Ascalonite, qui ex Ascalonie sunt. *Joseph.*  
 Ascalus, Tantali frater fuit Hymenæi filius, Ascalonis conditor. *Steph.*

Ascania, regio Asiæ.  
 Ascabia, insula maris Mediterran. non procul ab Andro.  
 Ascania, Regio est Phrygiæ, & urbs. *Eustath.*  
 Ascania, urbs Troadis.  
 Ascania, palus est in Troade. *Eustath.*  
 Ascanius, lacus est Bythinæ propinquus Olympo.  
 Ascanius, Æneæ ex Creusa filia Priami filius.  
 Ascanius, Trojæ fluv. à quo Ascanius dictus.  
 Ascanticus, mons Asiæ.  
 Ascaulis, urbs Germaniæ. *Ptol.*  
 Aschalitæ, pop. juxta Indicum sinum. *Steph.*  
 Aschium, civitas Achajæ. *Steph.*  
 Asciburgium, urbs Ducatus Cliviæ in Germania inferiori. Vulg. *Doeshurch.*  
 Ascitæ, Arabes dicti sunt ab utribus. *Plin.* lib. 5. cap. 29.  
 Asclepiades, nomen historici Cyprii.  
 Asclepiades alius, fuit Philosophus cæcus. *Cicer.*  
 Asclepiades alius, Poëta, à quo carmen Asclepiadeum.  
 Asclepiades, Prusiensis Medicorum eloquentiss. *Plin.*  
 Asclepiades alius, fuit Anthiochenus martyr.  
 Asclepiades, Myrleanus ludi magister in Turdetania Hispaniæ regione. *Strab.* lib. 3.  
 Asclepiades, Anazarbeus, scripsit de fluminibus.  
 Asclepiodorus pictor, ætate Apellis fuit. *Plin.*  
 Asclepiodorus, Alexandrinus Mathematicus, singulari ingenio fuit. *Suid.*  
 Asclepius, filius fuit Machaonis, & nepos Æsculapii. *S. Aug.*  
 Ascleptarion, Mathematicus fuit Domitiani tempore.  
 Asconius Pedianus, historicus, circa Neronis tempora scripsit in Orationis Commentaria. *Suid.*  
 Acus, gigas, qui Dionysium cum Lycurgo in fluv. conjecit. *Steph.*  
 Asera, vicus Bœotiæ ad radices montis Heliconis.  
 Ascræus, adject. ab Asera, quæ Hesiodi fuit patria.  
 Ascrivium, urbs Liburniæ. *Ptol.* Hodie Ascrivium.  
 Asculum, opp. est Apuliæ, ubi Romani cladem magnam perpassi sunt. *Plutarc.*  
 Asdrubal, gener Amilcaris patris Annibalis. *Liv.*  
 Asdrubal alius, fuit Annibalis frater. *Plut.* in *Annib.*  
 Asdrubal alius, Gisconis filius. *Plut.* in *Scipione.*  
 Asdrubal alius, cui Calvo cognomen erat. *Liv.*  
 Asdrubal alius, Dux tertii belli Punici. *Liv.*  
 Asdynis, insula parva juxta paludem Miridis. *Steph.* (*Steph.*  
 Asea, vel Aseates, vicus Arcadiæ, ex quo Alpheus profluit.  
 Asellius Sempromus historicus, scripsit res gestas apud Numantiam sub Scipione Æmiliano.  
 Asellius Claudius, eques Romanus sub Nerone. *Volat.*  
 Asembobiti, populi dicti quasi post Sembobitum insulam.  
 Asia, tertia pars terræ in descriptione Orbis.  
 Asia minor, quæ continet Phrygiam, & Lydiam, Mysiam & Cariam.  
 Asia, civitas est in Peloponneso. *Strab.*  
 Asia, civitas est Susianæ regionis. *Ptol.*  
 Asia, palus est Mysiæ Caystro fluv. coherens. *Serv.*  
 Asianus, a, um, & Asiaticus, a, um, adjectiva ab Asia.  
 Asiarcæ, viri electi Asiaticum civitatum consensu, ut publicis negotiis præsent.  
 Asiba, civitas est Cappadociæ, juxta Pontum.  
 Asida, æ, urbs Bæticæ in Hispania. *Plin.* lib. 3. cap. 2.  
 Asilas, auguriis nomen, qui Æneæ in auxilium venit contra Turnum. *Virg.* lib. 10.  
 Asindum, civitas est Hispaniæ. *Ptol.* (*Francromeni.*  
 Asine, urbs est Peloponnesi, juxta Messeniam. *Strab.* Vulg.  
 Asine, es, una est ex Sporadibus in mari Adriatico.  
 Asincus sinus in quo Asine Peloponnesi.  
 Asines, æ, fluv. est Siciliæ insulæ. Vulg. *Falconara.*  
 Asini faux, locus est in Peloponneso.  
 Asinius Pollio, nobilis Senator Romæ.  
 Asinius Pollio, celebris orator fuit Romæ.  
 Asinius Gallus, ejus filius, vir fuit doctiss. *Senec.*  
 Asinius Capito scripsit epistolarum librum. *Gell.*



Asis Terra, pro Asia usurpatur.  
 Asis, Humbrix mons est. Vulgò *Asi*.  
 Asisium, opp. cui mons imminet: & Asinates ejus oppidi incolæ. *Prot. & Plin. Vulg. Assis*.  
 Asius, filius fuit Dymantis, & frater Hecubæ. *Hom.*  
 Asii, alii fuerunt quorum passim meminit *Hom.*  
 Asius, Senonum fluv. in Italia. *Prot. Vulg. Esino*.  
 Asius, campus prope Caystrum fluv. *Hom.*  
 Asopæ, populi sunt Epiroticæ regionis.  
 Asophis, Regio est Achajæ prius Aræthyrea dicta.  
 Asopis, idis, Ægma Asopi filia.  
 Asopus, civitas Eubææ, quæ postea Carystos.  
 Asopus, opp. Peloponnesi in sinu Laconicæ. *Prot.*  
 Asopus, Achajæ fluv. qui per Bœotiam in Epidaurum effluit.  
 Asopus fuit, Oceanus, & Terræ filius.  
 Asopus, fluv. est Peloponnesi. *Volat.*  
 Asopus, Asiæ fluv. qui cum Capro fluv. Laodicem præterfluit.  
 Asopia, regio Asopio fluv. finitima.  
 Asopiades, est Acacus Asopi nepos. *Ovid.*  
 Asorus, fluv. est aliens Heracleam civitatem. *Liv.*  
 Aspa, civitas est Parthicæ regionis. *Prot.*  
 Aspa, civitas est Arabiæ Fœlicis.  
 Aspalatæthia, urbs Taphionum. *Steph.*  
 Aspasiatæ, populi sunt Persidis regionis.  
 Aspasia, mulier Milesia, magnæ doctrinæ fama.  
 Aspasius, sophista fuit Ravennas Demetriani filius.  
 Aspasius, Biblius cognomento, qui de Byblo, patria sua librum condidit. *Suid.*  
 Aspasius, Tyrius historicus, qui de Epiro historiam scripsit.  
 Aspathines, unus ex Persis, qui cum Dario in Magum Smerdim conjurarunt. *Herod.*  
 Aspeia, unum ex Cypri insulæ nominibus *Chipre*.  
 Aspendius, cytharædus fuit, à quo proverbium, *Aspendii cytharista*. *Erasm. in Chistad.*  
 Aspendus, Pamphylæ urbs, Argivorum ædificium. *Pompon.*  
 Asphaltus, vel Asphaltites, lacus est Judææ, in quo fuerunt Sodoma, & Gomorrha, qui nihil præter bitumen gignit, nunc Mare mortuum dicitur.  
 Asphax, pop. in Cypro. *Steph.*  
 Aspionia, civitas est Bactrianorum.  
 Aspis, extrema in Æthiopia sub Ægypto. *Prot.*  
 Aspis, mons est quoque in eadem Ægypto. *Prot.*  
 Aspis, nomen insulæ prope Cyclades.  
 Aspis, nomen præterea urbis in Lycia, & Caria.  
 Aspis, Numidicæ promont. in quo est urbs ejusdem nominis, quæ & Clypea dicitur.  
 Aspis, opp. Syrtis magnæ in Africa. *Prot.*  
 Aspledon, urbs Phocidis. *Paus.*  
 Asplendon, opp. est Bœoticæ regionis. *Prot.*  
 Asporenus, mons est Asiæ Pergamo proximus.  
 Aspuca, opp. est Numidicæ novæ in Africa. *Prot.*  
 Aspunginteni, pop. sunt ad Phanagoriam. *Prot.*  
 Aspurgiani, pop. circa Mœotim paludem. *Steph.*  
 Asquetinia, oppidum Momoniarum in Hybernia.  
 Asroau, oppidum Ultoniæ in Hybernia.  
 Assa, civitas juxta Athon: item vicus Scythiæ. *Steph.*  
 Assacana Indiæ regio est, in qua Magosa civitas.  
 Assanias, æ, fluvius Mauritanicæ Tingitanæ, melius Asaniz.  
 Assaracus, Troia Regis Trojani filius, Anchisæ avus.  
 Assaradon, ultimus Assyriorum Rex, Senacherib filius.  
 Assaræ, fluvius Mauritanicæ Cæsariensis. *Prot.*  
 Asseriates, populi decimæ regionis Italiæ. *Plin.*  
 Assesus, Milesiorum civitas.  
 Assisia, apud Milesios Pallas vocabatur.  
 Assorum, mons Sami, à quo fuit Amphilysus. *Steph.*  
 Assorium, vel Assorum, civitas est Siciliæ, *Ptolem.* melius Aserus. Vulgò *Assaro*.  
 Assorini, sive Aserini, pop. ejus urbis incolæ.  
 Assus, civit. Cretæ, ubi vetustiss. Jovis templum fuit.  
 Assus, civ. Troadis, arte, & natura munita. Vulgò *Santli-  
 quarenta*.

Assus, urbs fuit Mysiæ. *Steph.*  
 Assus, alia fuit in Lycia, alia in Epiro. *Steph.*  
 Assuerus, Persarum Rex Artaxerxes, & Memno dictus.  
 Assuerus, fuit Cyrus Xerxis filius. *Joseph.*  
 Assur, Judæa civitas, quam ædificavit Salomon.  
 Assurus, opp. est Numidicæ novæ in Africa.  
 Assuritanum, opp. Africæ proprie dictæ.  
 Assyriani, pop. sunt Tauricæ regionis.  
 Assyria, regio Asiæ majoris, quæ nunc Syria.  
 Assyrii, sunt qui postea dicti sunt Syri, & Syrii. *(ram. ds.)*  
 Asta, Colonia Bæticæ non procul à Gadibus. *San Lucar de Bar-*  
 Asta, opp. Liguriæ antiquum nomen adhuc retinens.  
 Asta, opp. Italiæ prope Hydruntum.  
 Astaces, fluv. est in Pontum defluens. *Plin.*  
 Astacenus, sinus, cui adjacet Astacus Ponti civitas.  
 Astacilis, opp. est Mauritanicæ Cæsariensis. *Prot.*  
 Astaceni, populi Indiæ inter Copham, & Indum. *Strab.*  
 Astacus, civitas est in Acarnania.  
 Astacus, urbs Asiæ in Ponto, sive Bithynia.  
 Astacus, civitas est in sinu Olbiano.  
 Astacouri, pop. sunt Lybiæ interioris. *Prot.*  
 Astacures, pop. sunt Africæ proprie dictæ.  
 Astanus, & Astensis, adjectiva ab Asta superiori.  
 Ataphos, civitas est Thraciæ.  
 Astapus, qui & Astapus, fluv. est Asiæ. *Strab.*  
 Astapolis, civitas est Æthiopiæ sub Ægypto.  
 Astaroth, antiqua civitas Og, Regis Basan.  
 Astaroth, duo castella in Bethania.  
 Astarte, insula in Æthiopia. *Steph.*  
 Astarte, dea fuit Syrorum. *Ælian. Tertul.*  
 Aste, pop. Thraciæ. *Steph.*  
 Astaboras, fluv. Nilum influens. *Strab.*  
 Astacana, civitas est Bactrianæ regionis. *Prot.*  
 Aster, puer Platonis carminibus celebratus fuit.  
 Asteria, Deli, & Rhodi insularum nomen est. *Plin.*  
 Asteria, filia fuit Cei Titanis filii, à Jove in cothurnicem versa.  
 Asterion, mons Peloponnesi in sinu Argolico.  
 Asterion, civitas est Thessaliæ in alto monte sita, quæ nunc Pyresia dicitur. *Steph.*  
 Asterion, urbs est in Syria.  
 Asterior, fluv. Achajæ in Nemæa sylva. *Lact.*  
 Asterion, Cometæ filius, qui Jasonem in Colchos navigantem secutus est. *Val. Flac.*  
 Asteris, promontorium est in medio Sami, & Ithacæ situm, Vulgò *Didacalio*.  
 Asteris, civitas est Hispaniæ. *Prot.*  
 Asteropæus, Pelagonii filius, qui cum Pæonio venit ad Trojam.  
 Asterusia, mons Cretæ ad meridiem respiciens.  
 Asterusia Indiæ urbs Cretensium Colonia.  
 Asterusii, & Asterusiani, hujus urbis incolæ.  
 Astiz, regio est Thraciæ, in qua Apollonia. *Strab.*  
 Asticla, insula est prope Cretam, & Astipaleja. *(Plin.)*  
 Astigi, urbs est Bæticæ. Vulgò *Euzja*, à qua Astigitanus ager.  
 Astiochia. Vide *Attyochia*.  
 Astoa, vicus est Arabiæ Fœlicis. *Prot.*  
 Astromi, populi monstruosi sine ore in India. *Plin.*  
 Astrabe, es, una ex Cycladibus.  
 Astrate, insula est in sinu Arabico. *Prot.*  
 Astrea, civitas Illyridæ. *Steph.*  
 Astræa, filia Astræi gigantis, & auroræ, Justitiæ dea.  
 Astræus, unus ex Titanibus, qui contra deos arma sumpsit.  
 Astræos, dissyllaba dictio, nomen viri quem Perseus occidit.  
 Astromeda, civitas est Provinciæ Narbonensis.  
 Astron, flumen est Æolidis regionis.  
 Astrophe, es, una est Plejadibus.  
 Astu, indeclinabile, civitas est Atheniensium. *(ficans.)*  
 Astur, gentile nomen est, eum qui ortus est ex Asturia signi-  
 Astura, flumen, & insula est Latio prope Antium. *Stora.*  
 Astura, Hispaniæ fluvius, à quo Astures Hispaniæ populi.  
 Asturia, regio Hispaniæ, in qua Asturcones equi gignuntur.



Asturia, urbs quædam Germaniæ. *Ptol.* Vulgò *Bodenhausen.*  
 Asturica augusta, Hisp. Tarraconensis urbs. *Ptol.* Vulg. *Ar-torga*: olim Roma, vel Rama juxta aliquos.  
 Asturicus, a, um, Asturiensis, adjectiva ab Asturica.  
 Astures, populi Hisp. cultores Asturiæ.  
 Asturiani, populi Sarmatiæ Asiaticæ.  
 Astusapes, est idem fluv. qui Astapus. *Plin.*  
 Astusa, vel potius Asturia, Germaniæ urbs. *Ptol.* Vulg. *Bodenhausen.*  
 Astus, urbs Mysiæ, Milesiorum colonia. *Volat.*  
 Astyla, civitas Hisp. juxta Lusitaniam. *Ptol.*  
 Asty, nomen quo olim Græciæ urbes vocabantur. *Dion.*  
 Asty, dicebantur Athenæ, & Alexandria per excellentiam.  
 Astyages, Trojanorum, & Assiriorum Regis proprium.  
 Astyages, Cyaxaris Medorum Regis filius. *Herod.*  
 Astyages, item unus ex illis, qui à Perseo visa Gorgone in marmora mutati fuerunt. *Ovid.*  
 Astyanassa, Helenæ ancilla, quæ de arte venerea librum scripsit.  
 Astyanax, Hectoris fuit ex Andromache filius. *Virg.*  
 Astycratia, filia fuit Acoli. *Hom.* Odis. lib. 10.  
 Astydamas senior, tragicus Atheniensis. *Suid.*  
 Astydamas junior, senioris filius, item Tragicus. *Suid.*  
 Astydamia, Ormeni filia, quam Hercules rapuit.  
 Astylus, vir fuit Trojanus à Neoptolemo interemptus.  
 Astylus, unus fuit ex Centauris. *Ovid.*  
 Astylus, Crotoniata Cursor, tribus victor Olympicis. *Plaut.*  
 Astymedusa, Oedipi Thebarum Regis fuit uxor.  
 Astynome, Chryse Apollinis Sacerdotis filia.  
 Astynous, Princeps quidam Trojanus à Diomede interfectus.  
 Astyochia, fuit virgo, ex qua Mars genuit Ascalaphum.  
 Astyochia, virgo quam Hercules ex Ephyre Laconicæ civitate rapuit, & ex ea Telepolemum genuit.  
 Astypalæa, insula est in mari Carpathio, aut in Icario, oppidum habens ejusdem nominis. *Plin.*  
 Astypalæa, oppidum in Cò insula. *Strab.*  
 Astypalæa, ins. est una è Cycladibus. *Plin.* Vulg. *Stampalia.*  
 Astypalæa, civitas Astypalææ Insulæ.  
 Astypalejus, a, um, adject. 6. syllabarum ab Astypaleja.  
 Astyra, civitas est in Æolidis regione.  
 Asus, vel Assus, oppidum Mediterraneum Cretæ.  
 Asula, per simplex, s, opp. in agro Brixiano. Vulg. *Assoli.*  
 Asychis, Rex fuit Ægypti. *Herod.* lib. 2.  
 Asylas, nomen vatis cujusdam. *Virg.* lib. 10. Æneid.  
 Asylum, Templum à Romulo Rhææ liz Vestalis Virginis filio ædificatum.  
 Ascueritus, viri nomen. *Rom.* 6.

## A ANTE T.

Atabyria, prius dicebatur, quæ postea Rhodus. Vulg. *Rodas.*  
 Atabyris, mons altissimus in Rhodo insula. *Strab.*  
 Atabulsus, vel Atablus, ventus in Apulia præcipuè spirans. *Horat.*  
 Atacini, pop. sunt provinciæ Narbonensis.  
 Atad, locus trans Jordanem, ubi exequias, atque planctus peregerunt filii Israel super monte Jacob. *Genes.* 50. Nunc Bethagla, quod interp. locus gyri, eo quod ibi more plangentium circumierunt in funere Jacob. *Hier.* in locus Hebraicis.  
 Atæa, urbs Laconica, & alia Phœnicia. *Steph.*  
 Atæon, vel potius Actæon, Aristæi filius ex Autonoe, Cadmi, & Hermionis filia. *Ovid.*  
 Atalanta, uxor Acasti regis Jolci. *Suid.*  
 Atalanta, virgo venatrix, Jasii Argivorum Regis filia, vel Schænei Regis, cursu nobilis, & velocitate præstans.  
 Atalanta, insula locata in Opunte. *Strab.* lib. 6.  
 Atalanta, fons est in porticu Cyphantarum. *Pausan.*  
 Atalanta, civitates duæ Locridis regionis.  
 Atarbicis, civitas in Propontide. *Steph.*  
 Atargata, dea Assirorum, quæ & Atergatis. *Strab.*  
 Atarna, urbs Mysiæ in Asia, non procul ab Asto. *Steph.*  
 Atarnes, Darii Persarum Regis frater. *Herod.*  
 Atarphyini, gens magna Arabiæ. *Steph.*

Atasi, pop. sunt Massagetarum, & Corasiorum.  
 Atax, fluv. provinciæ Narbonensis. *Lucan.*  
 Ate, dea vindictæ, quæ homines malis implicat. *Hom.*  
 Atecuæ, opp. est Bætiæ in Hispania.  
 Atella, opp. Campaniæ. Vulg. *Anversa.*  
 Aternia, civ. est Hisp. melius videtur Alernia.  
 Aternus fluvius Italiæ inter Ferentanos. *Plin.* Vulgò *Pescara.*  
 Ateste civitas est Regionis Venetæ. *Plin.* Vulgò *Este.*  
 Athamantia, regio Thessaliæ.  
 Athamantis, idus, Ino, Athamantis uxor.  
 Athamas, Æoli filius, pater Phryxi, & Helles.  
 Athamas, Thessaliæ Phthiotidis mons. *Plin.* Hinc Athamantis.  
 Athamas, fluvii nomen, qui suo tactu ligna incendit.  
 Athamanes, pop. sunt Ætoliz. *Plin.*  
 Athanasius, Præsul Alexandrinus, Arianorum insidias maximas perpessus fuit. *Volater.*  
 Athanatus, vir prodigiosæ fortitudinis. *Plin.*  
 Athanes, fluv. Scythiæ Thraciæ in Istrum fluens.  
 Athedon, vicus est regionis Palæstinæ.  
 Athenæ, arum, civitas Græciæ, inter Achajam, & Macedoniam: nunc vicus est. Vulgò *Sattines.*  
 Athenæ, arum, rebus bellicis, & bonis artibus celeberrimæ.  
 Athenæ, Diades cognominatæ. *Euseb. Cæs.*  
 Athenarum, promont. juxta Cissos in Ponto est.  
 Atheniensium portus, in sinu Saronico Peloponnesi est.  
 Athenzum, locus erat Romæ, ubi omnes scientiæ docebantur.  
 Athenzum, Campaniæ promont. est.  
 Athenzum, locus erat Minervæ dicarum Athenis.  
 Athenzus, nomen Grammatici sub M. Antonio.  
 Athenzus, nomen celebris Cosmographi Græci.  
 Athenzus, è Seleucia Ciliciz Philosophus. *Strab.*  
 Athenzus, Naucratis libros composuit Dipnosophistarum.  
 Athene, Minervæ, nomen.  
 Athenion, pictor eximius; juvenis mortem obiit. *Plin.*  
 Athenodorus, sculptor fuit marmorarius. *Plin.*  
 Athenoglorus, Atheniensis Philosophus Stoicus, Dionysii Areopagiti discipulus. *Suid.*  
 Athenopolis, opp. est Massiliensium. *Plin.*  
 Athesinus, fluvius effluens è lacu, qui in Apenino est. Vulgò *Toja.*  
 Athesis, fluv. nascens ex Tridentinis Alpibus. Vulgò *Ades.* *Es del territorio de Verona.*  
 Athlibis, civitas est Ægypti: & alia Arabiæ. *Steph.*  
 Athna, civitas est Armeniæ majoris. *Ptol.* melius videtur Al-tina, ut in Græco codice habetur.  
 Athocari, populi sunt Scythici in Asia. *Herod.*  
 Athos, mons est altissimus inter Macedoniam, & Thraciam. Vulgò *Monte santo.*  
 Athos, promont. & civitas Macedoniæ. *Ptol.*  
 Athres, fluvius Scythiæ Europææ, nunc Labus dictus.  
 Atribites, nomos Ægypti præfectura. *Ptol.*  
 Atribites, fluv. est Ægypti. *Ptol.*  
 Athritæ, pop. sunt Arabiæ Fœlicis. *Ptol.*  
 Athruja, civitas est Arabiæ Fœlicis. *Strab.*  
 Athrys, fluv. est Thraciæ in Istrum fluens.  
 Athymbra, Carizæ urbs juxta Menandrum.  
 Athyras, portus, & fluvius propè Byzantium.  
 Atimetus, libertus Cæsaris fuit teste *Tertuliano.*  
 Atina, civitas Latinorum mediterranea. *Ptol.*  
 Atina, opp. Lucanorum in Italia, à quo Atinates.  
 Atinates, ejus urbis incolæ.  
 Atina, opp. Venetorum, quod interiit. *Plin.*  
 Atinas, nomen proprium hominis. *Virg.*  
 Athras, urbs Thessaliæ.  
 Athrax, pater Hippodamiæ, primus artem Magicam apud Thessalos constituit.  
 Athrax, fluv. Ætoliz à quo Athraces pop.  
 Atyna, urbs Campaniæ.  
 Atyna, Siciliæ urbs.



Atiscoti, populi Britannia.  
 Atlantica, insulae duae sunt, quas *Beatas* vocant.  
 Atlanticum mare, Oceanus Occidentalis est. *El mar Oceano.*  
 Atlantides quindecim, filiae Atlantis, Vide *Hyades.*  
 Atlantis, insula quinque dierum navigatione à monte Atlante distans.  
 Atlantiades, Mercurius ita dictus, quia nepos Atlantis.  
 Atlantiades, idem quod Plejades, & Hyades.  
 Atlas, Asiae Nymphae filius, Mauritaniae Rex, primus dicitur Astrologiae inventor.  
 Atlas, mutatus in montem sui nominis, mirae altitudinis.  
 Atlas, Rex Italiae, pater Electrae uxoris Coryti.  
 Atlas, Arcadiae Rex, Mercurii avus. *Ser.*  
 Atlas, fluv. in Istrum, versus Septentrionem fluens.  
 Atlas, antis, mons est Mauritaniae Tingitanæ. *Vulgò Clara.*  
 Atlantes, populi sunt Euboeae. *Ptol.*  
 Atlantes, populi sunt Aethiopiae.  
 Atlantici Caribolectri, Provinciae Narbonens. pop.  
 Atobani, populi Aethiopiae, sub Aegypto.  
 Atossa, filia fuit Cyri. *Herod. lib. 3.*  
 Atraces, populi ad fluvium Atracem accolentes.  
 Atracia, Aetoliae regio.  
 Atracius, nomen viri, qui primus Magiam in Tracia invenit.  
 Atracis, idem quod Hippodamia.  
 Atræ, civitas inter Euphratem, & Tigrim. *Steph.*  
 Atragia, insula est una ex Cycladibus.  
 Atramitæ, populi sunt Arabiae Felicis. *Plin.*  
 Atramitia, myrrha, quae ab Atramitis.  
 Atrani, populi Hirpinorum in Italia. *Plin.*  
 Atratinus orator, qui Caesium accusavit, defendente Cicerone.  
 Atrax, urbs Thessaliae. (Thessalos constituit.)  
 Atrax, pater Hippodamiae, primus artem Magicam apud Atrax, fluvius Aetoliae, à quo Atraces populi.  
 Atrax, civitas est Pelasgiotarum in Macedonia.  
 Atrebates, popul. Galliae Belgicae Ambianis, Tornacensibus, & Morinis finitimi. *Vulgò Artois.*  
 Atrebatii, pop. Angliae propè Dobunos. *Ptol.*  
 Atrebatii, pop. sunt Hisp. citerioris.  
 Atreus, filius Pelopis, & Hippodamiae, Rex Mycenarum.  
 Atria, urbs Venetiae postea dicta Adria.  
 Atria, primò Hetruria: hinc Hetruscos dictos putant.  
 Atria, urbs est, à qua Atriacum mare appellatur.  
 Atrianus, fluv. est Venetiae. *Ptol. Vulgò Ales.*  
 Atridae, dicti sunt Agamemnon, & Menelaus. *Hor.*  
 Atroa, civitas Mauritaniae Caesariensis, melius Epe.  
 Autroa, civitas Mauritaniae Caesariensis: melius credo Altoa, ut Graeca habent.  
 Atropatia, regio, & pars Mediae. *Strab. lib. 11.*  
 Atropates, dux Medorum: è quo Atropatia dicta.  
 Atropos, una Parcarum, filia Demorgonis, & Noctis,  
 Atta, sceleris dea.  
 Atta, proprium cuiusdam tragici, vel comoedi.  
 Atta, civitas est Arabiae Felicis. *Ptol.*  
 Attacana, civitas est Bactrianae regionis. *Ptol.*  
 Attabes, & Numenius latrones fuerunt famosissimi. *Strab.*  
 Attacum, opp. Hisp. in tractu Celtiberorum. *Ptol.*  
 Attali, Reges Pergami in Asia dicuntur, de quibus *Strab.*  
 Attalia, Aetolis civitas.  
 Attalia, civitas Pamphyliae in ora maritima. *Vulg. Satalia.*  
 Attalia, civitas conventus Pergami. *Strab.*  
 Attalida, civitas est Lydiae, condita ab Attie. *Steph.*  
 Attalienses, cultores sunt utriusque Attaliae.  
 Attalis, tribus est Atticae. *Steph.*  
 Attalus, nomen Pergami Regis, pecunia ditissimi. *Plin.*  
 Atteus, Philos. libertinus, Athenis natus. *Sueton.*  
 Artela, sive Artellæ, arum, oppidum Oscorum in Campania. *Vulgò Aversa.*  
 Attellanus, a, um, adiectivum; unde Attellanae comoediae.  
 Attelebusa, insula est in mari Lycio.  
 Atthis, idis, Grania filia: unde regio Attica.  
 Attica, regio Graeciae, inter Achajam, & Macedoniam.

Atticus, a, um, adiect. quod ad Athenas pertinet.  
 Attica eloquentia, pro summa.  
 Atticitus, fluv. est Sarmatiae Asiaticae. *Ptol.*  
 Attidates, pop. sunt Umbriae in Italia.  
 Attilius Regulus, Consul Romanus. *Cicer.*  
 Attrebates, pop. sunt Belgicae, qui & Attrebates.  
 Attila, natione Scythae, Pannoniam subegit, Italiam ingressus, Aquilejam subvertit.  
 Attubi, Boticæ in Hisp. urbs. *Vulg. Espejo.*  
 Atuaticum, vel Atuacutum Galliae Belgicae urbs. *Ptol. Hodie Antuerpia* juxta aliquos. *Vulg. Anvers.*  
 Atura, opp. est Galliae Aquitanicae.  
 Aturius, Galliae fluv. *Ptol. Vulg. Dou.*  
 Atys, Lydorum Rex, Herculis & Omphales filius.  
 Atys, fluv. Siciliae. *Plin. lib. 3. cap. 8.*  
 Atys, puer Phrygius à Cybele adamatus, in pinum arborem Cybeli sacram versus. *Ovid. 10. Metam.*  
 Atys, filius Limniaces Nymphae, à Perseo interemptus. *Ovid. lib. 5. Met.*  
 Atys alius, Cræsi Lydiae Regis filius. *Herod. lib. 1.*  
 Atys, Sylvius, Alvae Sylvii filius, regnavit annis 29.

## A ANTE V.

Ava, nomen idoli, 4. *Reg. 18. & 19. & Isai. 37.*  
 Avalites, vel Abalites, sinus est in mari Erythraeo. *Strab.*  
 Avantici, pop. Helvetiorum. *Plin. lib. 3.*  
 Avanticum, opp. in Alpibus desertum. *Plin.*  
 Avanticum, opp. Sequanorum Germaniae. *Ptol.*  
 Arava, vel Avatha, civitas est Arabiae Petrae. *Ptol.*  
 Avaricum, opp. Celtarum in finibus Biturigum. *Vulg. Catusanneus Berry.*  
 Avarinnæ, sive Varinnæ, pop. sunt Germaniae.  
 Avarni, populi sunt Samariae Europaeae. *Ptol.*  
 Avatpi, populi sunt Germaniae Magnae.  
 Avarum, promontorium est Hispaniae Tarracon. *Ptol.*  
 Avasis, urbs Aegypti, quae & Oasis. *Steph.*  
 Auca, civitas est Hispaniae citerioris. *Vulg. Burgos.*  
 Auchitæ, populi sunt Aegypti. *Ptol.*  
 Ombri, opp. est in Ægypto. *Ptol.*  
 Ombrici, & Ombriorum Regio, ex qua Carmis fluvius oritur.  
 Ombriona, ins. est una ex Canariis. *Sol. cap. 70.*  
 Ombronos, pop. sunt Sarmatiæ Europæ.  
 Omphace, urbs Siciæ: gentile Omphaceus. *Steph.*  
 Omphale, Regina Lydiæ cui Hercules servivit. *Diod.*  
 Omphalium, civ. est Chaonum in Epiro. *Ptol.*

## O A N T E N.

Onceæ, portæ Thebarum; nam Onca, secundum Phænices, Minerva est. *Steph.*  
 Onceum, parva regio Arcadiæ, ab Onco. *Steph.*  
 Onchesnus, portus est in Epiro. *Ptol. Vulg. Santiquaranta.*  
 Onchestus, filius fuit Neptuni, Meleagri pater.  
 Onchestus, opp. est Bæoticiæ. *Hom. 2. Iliad.*  
 Onzum, opp. est Dalmatiæ. *Ptol. Vulg. Cabo Cumano.*  
 Onenses, pop. sunt Hisp. citerioris. *Plin. lib. 3. cap. 3.*  
 Onesicritus, Philosophus, & historicus Æginensis.  
 Onesii, pop. sunt Galliae Aquitanicæ. *Strab. lib. 4.*  
 Onesius, Cyprius scriptor, tempore Constantini Mag.  
 Onias, sive Nias, fluv. Libyæ interioris. *Ptol.*  
 Onii, civ. est Ægypti. *Ptol.*  
 Oningis, opp. est Bæticæ. *Plin. lib. 3. cap. 1.*  
 Onifa, ins. contra Itanum Cretæ promont. *Plin.*  
 Onoba, opp. est Bæticæ. *Plin. lib. 3. cap. 1. & Pomp.*  
 Onobalistoria, opp. est Bæticæ post Anæ fluv. ostium. *Ptol. Vulg. Gibraleon.*  
 Onochonus, fluv. est Thessaliæ. *Herod. lib. 7.*  
 Onoci, pop. sunt in Attica regione. *Strab.*  
 Onthyron, urbs Thessaliæ juxta Arnen. *Steph.*  
 Onsignatus, id est, maxilla asini, prom. est in Pelop.  
 Onsignatus, opp. quoque est Asiæ propriæ. *Ptol.*  
 Onuphis, civit. est in Ægypto. *Ptol. undè*  
 Onuphites, nomos præfectura ejusdem civitatis.  
 Onus, ins. est quæ Heratia dicta. *Plin. lib. 4. cap. 12.*  
 Onychion, lacus Cretæ ab ungue anchoræ in eum infixus, cum Amiclaei Coloniam amisissent. *Steph.*  
 Onytes, viri Thebani proprium. *Serv. in Virg. lib. 12. Æneid.*



## O ANTE O.

*Comæ*, ins. in Oceano Septentrionali. *Plin.* lib. 4. cap. 25.  
*Oopellum*, Britanniae insulae civitas, quae *Uxellum* aliis, hodie *Cestria* dicitur. *Ptol.*

## O ANTE P.

*Opalia*, dies festi *Opi* deae dicati.  
*Opessos*, pro *Odessos*. *Ovid.* in *Metam.*  
*Opharus*, fluvius *Scythiae*. *Plin.* lib. 6. cap. 8.  
*Ophatus*, fluv. est apud *Cantabros*.  
*Ophelus*, filius fuit *Licurgi* à serpente necatus.  
*Ophiales*, ins. ad sinum *Arabicum*. *Steph.* lib. 16. & *Herod.*  
*Ophineus*, *Messeniorum* vates fuit.  
*Ophiogenæ*, pop. sunt juxta *Hellespontum*. *Plin.* lib. 7. cap. 2.  
*Opion*, unus sociorum *Cadmi*, ex iis, qui è serpentinis dentibus nati fuerunt.  
*Ophio* alius, *Oceani* filius, quem *Saturnus* fugavit.  
*Ophiophagi*, i, serpentibus visitantes, in *Arabia* pop. *Ptol.*  
*Ophitæ*, quidam hæretici, sic à serpente, quem adorabant dicti, quem *Christum* arbitrabantur.  
*Ophiuchus* serpentarius, quo nomine dictus *Hercules*, quod anguem manuteneus, à *Jove* in cælum translatus sit.  
*Ophiucum*, alii *Æsculapium*, alii *Canobanta* *Getarum* Regem, alii *Phorantem* æstimant.  
*Ophiusa*, ins. est, quæ postea dicta *Rhodus*. *Plin.* lib. 5. c. 12. *Vulg. Rodar.* (*Dragonera.*)  
*Ophiusa*, ins. adiacens *Balearibus* quæ, & *Colubraria*. *Vulgò*  
*Ophiusa*, prius dicta, quæ postea *Tenos*. *Plin.* lib. 4. *Vulg. Tine.*  
*Ophiusa*, prius dicta, quæ postea *Cythynus*. *Vulg. Sitino.*  
*Ophiusa*, ins. est non longè à *Creta*. *Plin.* lib. 4. cap. 12.  
*Ophiusa*, opp. ad *Istrum*, quod postea *Tyra*. *Plin.*  
*Ophiusa*, civ. est *Hisp.*  
*Ophiusa*, ad *Pontum*. *Flac.* *Gellidis* pollens *Ophiusa* venenis.  
*Ophiusius*, a, um. *Ovid.* *Ophiusaque arva parabat*, &c.  
*Ophiones*, pop. sunt *Sarmatiae* in *Europa*. *Ptol.*  
*Ophitis*, urbs *Libyæ* *Ægypto* adiacens. *Steph.*  
*Opici*, pop. sunt in *Sarmatia* *Europæ*.  
*Opitæ*, pop. juxta *Indum* fluvium. *Steph.*  
*Opimia*, *Basilica* *Romæ* propè *senaculum* *Gerocostasin*, & *ædem* *Concordiæ*. *Fest.*  
*Opinum*, opp. est *Corsicæ* ins. *Ptol.*  
*Opini*, pop. sunt *Corsicæ* ins. *Ptol.*  
*Opis*, civ. est, aut vicus ad *Euphratem* fluvium.  
*Opis*, *Nympha*, comes *Dianæ*. *Virg.* lib. 11.  
*Opisina*, civ. est *Thraciæ*. *Ptol.* (*Vulg. Oderzo.*)  
*Opitergitum*, opp. *Veneticæ* regionis. *Plin.* lib. 3. cap. 19.  
*Opitergini*, montes ab *Opitergio* dicti. *Plin.* *ibid.*  
*Opitergini*, populi sunt in *Transpadana*. *Flora.*  
*Opiterginus*, a, um, adject. ut *Opitergina* ratis. *Quint.*  
*Opites*, *Argini* proprium, quem *Hector* interfecit. *Homer.*  
*Opitulus*, dictus est *Juppiter*, quasi *opis* *istor*. *Fest.*  
*Opius*, civ. est *Cappadociæ*. *Ptol.*  
*Opius*, untis, opp. est *Locrensium*. *Hom.* 2. *Iliad.*  
*Opon*, promont. *Cretæ* in *Occidentem* vergens.  
*Opone*, emporium est in *sinu* *Barbarico*. *Ptol.*  
*Oppeos*, opp. est regionis *Decapoleos*. *Plin.* lib. 5.  
*Oppia*, virgo *Vestalis*, quæ convicta stupri, viva defossa fuit. *Liv.* 12. *Opimiam* vocat.  
*Oppianus*, Poëta fuit ex *Coryco* *Ciliciæ* oppido. *Suid.*  
*Oppidium*, opp. est *Mauritanicæ* *Cæsariensis*. *Ptol.*  
*Oppinum*, opp. est *Mauritanicæ* *Tingitanæ*. *Ptol.*  
*Ops*, *opis*, filia *Cœli* ex *Vesta*, soror uxorque *Saturni*. *Ser.*  
*Opus*, untis, civ. in *Loecondis* *Epiconemidis*. *Ovid.* *Patroclus* *Opunta* relinquit.  
*Opuntii*, pop. sunt illius civitatis. (*Golia.*)  
*Opuntius*, a, um, ab *Opuntie*. *Horat.* *Dicat Opuntia frater Ma-*  
*Opuntius*, sinus ab *Oppunte* cognominatus.

## O ANTE R.

*Orapachitis*, regio est *Assyriæ*. *Ptol.*  
*Oratelli*, pop. sunt *Alpini*. *Plin.* lib. 3. cap. 20.  
*Oratha*, urbs *Messenicæ*: gentile *Orathenus*. *Steph.*  
*Orbadaru*, civ. est *Æthiopicæ* *Ægypti*. *Ptol.*

*Orbaliscona*, regio *Septentrionalis* *Armenicæ* minoris.  
*Orbanassa*, civ. est *Prisidæ* in *Pamphilia*. *Ptol.*  
*Orbelus*, mons est *Mysiæ* superioris. *Ptol.*  
*Orbelus*, mons quoque est *Thraciæ*. *Ptol.*  
*Orbelus*, mons est *Pæoniæ*. *Herod.* lib. 5.  
*Orbelia*, regio est *Macedoniæ*, ab *Obelo* monte. *Plin.*  
*Orbitius* *Beneventanus*, *Grammat.* tempore *Ciceronis*.  
*Orbisena*, regio est minoris *Armenicæ*. *Ptol.*  
*Orbita*, opp. est *Africæ* sub *Adrumeto*. *Ptol.*  
*Orbitæ*, pop. sunt *Siciliæ* ins. *Ptol.*  
*Orcelis*, opp. est *Hisp.* *Ptol.* *Vulg. Orihuela.*  
*Orcelis*, altera civ. est in *Thracia*. *Ptol.*  
*Orchas*, dis, promont. est *Britanniæ*. *Ptol.*  
*Orcadès*, ins. *Septentrionales* ultra *Britanniam* numero 30. quæ hodiè *Regi* *Scotorum* parent, non longè ab *insula* *Thulæ*. *Pomp.* *Vulg. Orkenes.*  
*Orchamus*, *Rex* *Assyriorum*, qui *Leucotheam* filiam ab *Apol-*  
*line* vitiatam vivam defodit. *Ovid.* lib. 4. *Metam.*  
*Orcheni*, pop. sunt *Arabicæ* *Desertæ*. *Ptol.*  
*Orchimus*, filiam habuit *Cydippem*. *Steph.*  
*Orchoa*, civ. est *Babylonicæ*. *Ptol.*  
*Orchomenus*, civ. *mediterranea* *Bæoticiæ* in *Achaja*. *Ptol.*  
*Orchomenus*, opp. est *Arcadiæ*. *Plin.* lib. 4. & 6.  
*Orchomenus*, fluv. est *Thessaliæ*. *Plin.* lib. 4. c. 8.  
*Orchomenus*, *Eubææ* urbs, qua *Titan* regnasse dicitur.  
*Orcus*, nomen est fluvii inferorum.  
*Orci*, fluvii sanctum olim erat iusjurandum. *Hom.*  
*Orcynius*, mons est *Lesbi* insulæ. *Her.* in *Plin.*  
*Ordelus*, portus est *Sarmaticæ* in *Europa*.  
*Ordessus*, fluv. est *Scythicæ* in *Istrum* defluens. *Herod.*  
*Ordovices*, pop. in *Anglia* arduis montibus proximi. *Tacit.* *Pueblo en el qual está hoy la Villa de Benique.* Latine *Hex-*  
*nitium.*  
*Ordovices*, opp. sunt *Britanni*. *Ptol.*  
*Orduinus*, mons est *Lesbi* ins. *Plin.* lib. 5. cap. 31.  
*Oreades*, *Nymphæ* sunt montium. *Strab.* lib. 10.  
*Oreges*, portio est montis *Tauri*. *Plin.* lib. 5. cap. 29.  
*Oreni*, pop. *Celtiberis* proximi ab *Austro*.  
*Oresitrophus*, nomen canis apud *Ovid.*  
*Orestes*, filius fuit *Agamemnonis*, & *Clytemnestræ*.  
*Oresteus*, a, um, adjectivum, ut *Orestea* dea, id est, *Diana*.  
*Orestis*, idis, regio est *Macedoniæ*. *Ptol.*  
*Orestæ*, arum pop. sunt *Macedoniæ*.  
*Oretæ*, pop. sunt *Indorum*, quod ad bellum civile venisse *Lucanus* dicit lib. 3. *movit Romanos Oretas.*  
*Orestasion*, urbs *Arcadiæ*, ab *Oresteo* *Lycaonis* filio. *Steph.*  
*Oretani*, pop. sunt *Hisp.* *citerioris*. *Ptol.*  
*Oretani* *Germani*, *Oretani* *Bastuli*, pop. utrique conventus *Carthaginensis*. *Plin.* lib. 3. cap. 3.  
*Oretus*, *Siciliæ* fluv. apud *Panormum*. *Vulgò* *Miralla*.  
*Oreum*, opp. est *Eubææ* insulæ. *Plin.* l. 4. c. 22. *Vulg. Loreo.*  
*Oreus*, dictus est *Bacchus*, à montibus in quibus ei sacrificia fieri solebant. *Fest.*  
*Orga*, fluv. est in *Marsiam* amnem cadens. *Strab.* lib. 12.  
*Orgalema*, urbs juxta *Istrum*: gentile *Orgalemæus*. *Strab.*  
*Orgia*, civ. est *Hisp.* *Ptol.*  
*Orgia*, *Græcis* omnia sacra, sicut *Latinis* ceremoniæ dicuntur.  
*Orgonici*, pop. sunt *Tauricæ* regionis. *Plin.* lib. 4.  
*Orgomene*, urbs *Illyricæ*: gentile *Orgomenæus*. *Steph.*  
*Orgos*, sive *Orgonnesos*, insula est adiacens *Italiæ*.  
*Orbadinus*, *Saturnianus* medicus fuit *Juliano* *Principi* fami-  
*liaris*, scripsit libros *Medicinæ* 72. *Suid.*  
*Orbiasus*, nomen canis apud *Ovid.* lib. 4. *Metam.*  
*Oricum*, civ. *Chaonicæ* regionis *Epitri*. *Ptol.*  
*Oricius*, a, um. *Virg.* *Inclusam Buxo, aut Oricia terebintho.*  
*Origenes*, sive *Origeni*, pop. sunt *Gallaciæ*. *Plin.*  
*Origenes*, nomen proprium scriptoris *Ecclésiastici*.  
*Origiacum*, civ. est *Atrebatum* *Galliæ* *Belgicæ*.  
*Ortaus*, fluv. est *Siciliæ* insulæ. *Ptol.*  
*Orion*, viri proprium, quasi *Urion*: quem Poëtæ fabulantur ex *urina* *Jovis*, *Neptuni*, ac *Mercurii* genitum.



Orisia, urbs Iberiæ: gentile Orisianus. *Steph.*  
 Oritæ, pop. sunt Indiæ liberi. *Strab.* lib. 25.  
 Oritanum, oppidum est Eubœæ insul. *Plin.* lib. 4. cap. 12.  
 Orithya, Nymphe, quasi *hortans ad cursum* dicta.  
 Oritbya, filia fuit Eriethæi Athenarum Regis, qui Pandioni in Regno successit, & uxor Boreæ.  
 Orithya, Regina etiam fuit Amazonum. *Justin.* in lib. 2.  
 Oriza, civ. est Palmyrenæ regionis in Syria. *Ptol.*  
 Ormenium, Magnesiæ civ. *Plin.* lib. 5.  
 Ormus, fluv. est Asiæ propriæ dictæ.  
 Ormonia, Comitatus Momoniarum in Hybernia, Unde Marchio, & comes Ormoniz. *Occhasa vindicat.* 2. c. 1.  
 Ornea, sacra erant Priapi, quem Corinthii Orneum vocabant.  
 Orneæ, pop. fuit Peloponnesi. *Strab.* lib. 8.  
 Orneum, ins. est in sinu Arabico. *Ptol.*  
 Orneus, unus ex Centauris, Ixionis, & Nubis filius.  
 Ornthion, opp. est Phœnicis regionis. *Plin.* lib. 5.  
 Ornithiz, venti sunt Septentrionales. *Colum.*  
 Ornos, opp. est Regni Murciani Cartaginensis Diocesis propè Seguram.  
 Oroandes, unus ex colliculis Imai. *Plin.* lib. 5. cap. 27.  
 Oroates, fluv. est Susianæ regionis. *Strab.* lib. 15.  
 Oroba, nomen duarum civitatum in Assyria. *Ptol.*  
 Orobellus, mons Macedoniæ, forsitan Obelus.  
 Orobis, fluv. est Provinciæ Narbonensis. *Ptol.*  
 Orocono, civ. est Mediæ. *Ptol.*  
 Orodes, Rex Parthorum, qui Crassum Romanum cepit, & occidit. *Plut.* in *Crasso.*  
 Orodes, viri proprium à Mezentio interfecti. *Virg.*  
 Oroëtes, vir Persa, & Sardinum præfectus. *Herod.* lib. 3.  
 Ormandrus, civ. est Armeniæ minoris. *Ptol.*  
 Oromenus, mons est Indorum. *Plin.* lib. 31. cap. 7.  
 Oronda, opp. Pisidiæ in Cilicia. *Plin.*  
 Orondici, pop. sunt Galatiæ. *Ptol.*  
 Orongis, opp. est Hisp. *Liv.* lib. 28.  
 Orontes, vir Trojanus, qui Troja capta cum Ænea in Italiam navigans naufragium fecit. *Virg.*  
 Orontes, fluv. est Syriæ Antiochenæ. *Ptol.* *Tarfaro.*  
 Orontes, mons quoque est Mediæ. *Ptol.*  
 Oronteus, a, um. Prop. *Aut quod Orontea crines perfundere myrta.*  
 Oropus, Eubœæ civ. Apollinis templo clarissim. *Steph.*  
 Oropus, civ. est in confinio Bœotiæ, & Asiæ. *Plin.*  
 Oropii, pop. sunt Achajæ, ab Oropo urbe.  
 Oropus, Oropium quoque, & per sincopam *Orpium* dicitur.  
 Oropus, urbs est Macedoniæ, patria Seleuci Nicanoris: Alia Syriæ juxta Amphipolim: Alia in Thesprotia. *Steph.*  
 Orbitum, p mutata in b. protulit Rex Desiderius in decreto exciso in lapide. *Jo. Asin.* Vulgò *Orvieto.*  
 Oropitæ, Italiam coluere. *Myrsil.* de *Bello Pelargico.*  
 Orosines, fluv. est Thraciæ. *Plin.* lib. 4. cap. 11.  
 Orospea, mons est Hisp. Vulgò *Sierra de Granada.*  
 Orostante, civ. est Eubœæ insulæ.  
 Orphes, pop. sunt Lybiæ interioris. *Ptol.*  
 Orpheus, Poëta Trax, Apollinis, & Caliope filius.  
 Orpheus alius, quem Colchos navigasse ferunt.  
 Orpheus, a, um, adject. idem quod Thracius.  
 Orphæus, equus Plutonis, à tenebris nomen habens.  
 Orreæ, civ. est Britanniz ins. *Ptol.*  
 Orrhea, civ. est Mysiæ superioris. *Ptol.*  
 Orsa, civ. est Armeniæ minoris.  
 Orsena, regio est Armeniæ minoris. *Ptol.*  
 Orsilochus, filius fuit Idomenei ab Ulysse interfectus.  
 Orta, opp. est Hisp. Bætiæ. *Plin.*  
 Ortagurea, quæ postea Marone, civ. est Thraciæ.  
 Orthæ, opp. est Magnesiæ. *Plin.* lib. 4. cap. 9.  
 Orthæga, civ. est Mesopotamiæ. *Ptol.*  
 Orthocoribantes, pop. Asiæ, Dario tributarii. *Herod.* lib. 3.  
 Ortholeutheoros, opp. Phœnicis, pro Orthosia *licuteros.*  
 Orthonium, opp. est Italiæ: undè Orthonienses.  
 Orthosia, civ. est Syriæ Phœnicis. Vulgò *Tortosa.*

Orthosia, civ. est Cariz. *Ptol.*  
 Orton, opp. est Latii. *Plin.* Vulgò *Ortona.*  
 Orion, opp. est in Illyrico. *Plin.* lib. 3. cap. 21.  
 Ortygia, ins. prius dicta, quæ postea Delos. Vulgò *Sdiles.*  
 Ortygia, ins. adiacens Syracusis in Sicilia. *Virg.*  
 Ortygia, civ. prius dicta, quæ postea Ephesus. *Plin.* Vulgò *Foglie.*

Orubium, opp. Hisp. Tarraconens. *Ptol.*

## O ANTE S.

Osa, civ. est in Ægypto. *Hieronym.*  
 Osca, civ. est Hisp. citerioris. Vulgò *Huesca.*  
 Osca, alia civ. est Bætiæ in Hisp. *Ptol.*  
 Osca, quæ postea Capua, colonia Campaniæ in Italia. *Semp.* Vulgò *Capua.*  
 Oscenses, pop. sunt utriusque Oscæ.  
 Oscela, urbs in Cottius Leopontiorum Alpibus in Italia.  
 Osci, pop. antiqui fuerunt in Latio.  
 Osci, ut quibusdam placet, ab oris foeditate dicti: undè  
 Oscena, vel obscæna, verba impudica, quòd Oscis libidinum spurcarum usus frequentissimus fuerit.  
 Oscus, a, um, adject. ut Osca tellus. *Propert.*  
 Oscori, pop. Campaniæ à Tyberi ad Surnum. *Cat.*  
 Osea, civ. est Sardiniz. *Ptol.*  
 Osica, civ. est Albaniz regionis. *Ptol.*  
 Osicera, civ. Edetanorum in Hisp. *Ptol.*  
 Osi, pop. sunt Sarmatiæ in Europa. *Ptol.*  
 Oscili, pop. alii in Sarmatia Europæ. *Ptol.*  
 Osincum, civ. est Corsicæ insul. *Ptol.*  
 Osintiadis, regio est Bætiæ in Bæturia. *Plin.* lib. 3.  
 Osiris, idis, Jovis filius ex Niobe Phoronei filia.  
 Osisimii, pop. sunt Galliz Belgicæ. *Ptol.*  
 Osquidates, pop. sunt Galliz Aquitanicæ. *Plin.* lib. 4. cap. 19.  
 Ossa, mons est Thessaliæ in Macedonia. *Ptol.*  
 Ossa, civ. quoque est Bisaltiæ in Macedonia. *Ptol.*  
 Ossa, mons est in Peloponneso. *Strab.* lib. 1.  
 Osseus, a, um, adject. *Luc.* *rupes Ossa coerces.*  
 Osserena, regio est Armeniæ majoris. *Ptol.*  
 Osseriates, pop. sunt Pannoniæ superioris. *Ptol.*  
 Osset, opp. est Bætiæ, contra Hispalim. *Plin.* lib. 3. Vulgò *Sevilla la vieja.*  
 Ossigi, quod & Laconicum, opp. est Bætiæ. *Plin.*  
 Ossigerdenses, pop. sunt citerioris Hispaniæ. *Ptol.* lib. 3.  
 Ossigetania, regio est Bætiæ vicina. *Plin.* lib. 3. cap. 1.  
 Ossinus, Hyberniæ gigas Finnani filius. *Occhasa vindicat.* 1.  
 Ossyria, sive Ossoria, Comitatus Lageniæ in Hybernia: undè Comes, & Episcopus Ossoriensis. *Occhasa vindicat.* 2. c. 1.  
 Ossonoba, opp. in confinio Bætiæ & Lusitaniz. Vulgò *Sil-*  
 Ossonobenses: pop. ab Ossonoba. *(veya.*  
 Ostama, civ. est Arabiæ Fœlicis. *Ptol.*  
 Osteades, ins. sunt in mari Siculo. *Plin.* lib. 3. cap. 8.  
 Ostia, civ. est ad ostium Tyberis sita.  
 Ostia, civ. ab exitu Tyberis appellata. *Fest.*  
 Ostia colonia, & Ostiensis, ab Ostia dicitur. *Dion. Hal.*  
 Ostiensis, porta Romæ, quæ Ostiam versus ducit.  
 Ostippo, opp. est Bætiæ. *Plin.* lib. 3. cap. 1.  
 Ostra, civ. est Semnonum in Italia. *Ptol.*  
 Ostracine, regio est juxta Casium montem. *Plin.* lib. 3.  
 Ostrani, pop. sunt Umbriz in Italia. *Plin.* lib. 3.  
 Ostrogothi, dicuntur Gothi, qui Orientem versus habitant.

## O ANTE T.

Otadeni, pop. sunt Britanniz. *Ptol.*  
 Otanes, Persa, qui cum Dario in Alex. Magnum conjuravit.  
 Otene, pars Armeniæ. *Strab.*  
 Otesini, pop. sunt in Octava Italiæ regione. *Plin.* lib. 3.  
 Ostronus, ins. ad Meridiem Siciliæ. *Steph.*  
 Otriculum, opp. est Latii. *Florus.*  
 Otriculani, pop. Umbriz in Italia. *Plin.*  
 Otreus, & Mydon, patres fuerunt Hecubæ. *IHom.*  
 Otryades, Spartiata, qui sibi mortem conscivit. *Valer*  
 Othrys, mons est Thessaliæ in Macedonia. *Ptol.*  
 Othrysius, a, um, adject. ut Hebræus Othrysius. *Claud.*



## O ANTE U.

Owigbevitz, pop. sunt Æthiopæ Ægypti.

## O ANTE X.

Oxeas, Herculis ex Megara fuit filius. *Boccat.*

Oxibii, pop. sunt Ligures Italiæ trans Alpes.

Oxidrace, pop. Indiæ. *Steph.*

Oxira, civ. est Mesopotamiæ. *Procl.*

Oxus, fluvius est lacus Septentrionalis. *Solin.*

Oxyæ, ins. inter Leucadiam, & Achaam.

Oxibii, pop. sunt in Provincia Narbonensi.

Oxyopum, opp. est Theutraniz. *Plin.* lib. 5. cap. 30.

Oxyrrhinchus, civitas Ægypti dicta ab Oxyrrhynchio pisce, cui templum est in Ægypto. *Strab.* lib. 17.

Oxyrynthes nomos, præfectura est in Ægypto.

Oxystage, pop. sunt juxta Obum. *Sol.* c. 26.

## O ANTE Z.

Ozoa, civ. est Persidis regionis. *Procl.*

Ozole, cognominantur quidam Læcerorum populi. *Plin.*

Ozuti, pop. sunt Africæ propriæ. *Procl.*

## DE LITTE R A P.

Pacatianus, Consul cum Mecilio Hilario, anno urbis 1084.

Pacatus, Minutius Grammaticus, qui scripsit de tragicis, & comicis dictionibus, item de proprietate Atticæ, & Doricæ linguæ.

Pacensis colonia, civ. est Hispaniæ. *Plin.* Vulgò *Badajoz.*

Pacensis conventus, unus ex tribus Hisp. *Plin.*

Panchea, promont. est Sardiniz insulæ. *Procl.*

Panchiri, montes sunt in minori Asia.

Pachous, Rex Parthorum occisus in Syria post Crassi cædem, *Appian.* in *Parthico.*

Pachymus, prom. est Siciliæ versus Peloponnesum. Vulgò *Cabo Pachino.*

Pacinus, unus ex nepotibus Volsonii Regis, à quo Pacinates

Paconia, ins. est propè Siciliam. *Procl.* (Italiæ populi.

Pacoria, civ. est Mesopotamiæ ad Euphratem. *Procl.*

Pactia, eadem quæ Paros, una Cycladum. *Steph.* Vulg. *Pario.*

Pactolus, fluv. est Lydiæ ex Timoi monte profluens.

Pactolis, idis, à Pactolo. *Ovid.* *Nymphæ Pactolides.*

Pactæ, opp. est Thraciz. *Procl.* Vulg. *Panido.*

Pactiæ, ins. sunt propè Cheledonias. *Plin.* lib. 5. cap. 31.

Pacuvius, Poëta Brundusinus, Eanii ex sorore nepos. Vide *Cl.* lib. 1. cap. 24.

Pacyris, fluv. est juxta Mæotidem lacum. *Plin.* lib. 4. c. 12.

Pada, pop. sunt Indorum. *Herod.* lib. 5.

Padinates, pop. sunt in octava Italiæ regione *Plin.*

Padon, fluv. est Liguriæ regionis.

Padua, urbs à Padi vicinitate dicta, quæ & Patavium.

Padus, fluv. est maximus Galliæ Cisalpinæ. Vulgò *Pò.*

Padanus, a, um, à Pado fluvio: unde Transpadanus.

Padæus, a, um. *Tibull.* *Vicinus Phælo tenet arva Palæo.*

Padusa, alveus est ex Pado Ravennam usque ductus.

Pæan, hymnus erat in Apollinem, sicut anthyrambus in Bacchum. *Jul. Procl.*

Pæana, abusivè pro omni deorum laude ponitur.

Pæna, ins. est adjacens Mauritaniz Tingitanæ. *Procl.*

Pæon, nomen viri artis medicæ peritissimi. *Hom.*

Pæonta, regio est Macedoniz: Pæones verò populi.

Pæonas Græcè appellari, quos Latine Pannonios, scribit *Ap-*

Pæones, pop. sunt quoque Rhetiz. *Procl.* (Pæon.)

Pæopiæ, pop. sunt ex Pæonibus. *Her.* lib. 5.

Pæpia, civ. est Mauritaniz Cæsariensis. *Procl.*

Pæsareæ, pop. sub Caucaso. *Steph.*

Pæsicæ, sive Pæsici, pop. sunt Orientales Mediterranei.

Pæstum, opp. Lucaniæ rosarum abundantissimum. Vulg. *Pos-*

Pætum, à Sybaritis conditum ait *Strab.* (Cicastro.)

Pæstanus, a, um. *Ovid.* *Calthaque pæstanas vincat odor rosas.*

Pæsuri, sive Pæsures, pop. sunt Lusitaniz. *Plin.*

Pætalia, pars Thaciæ: gentile Pætantes. *Steph.*

Pætanium, opp. Pannoniz superioris. *Procl.* (Demetriada.)

Pagasa, opp. Thessaliæ, quod postea Demetrias. *Plin.* Vulg.

Pagasæus, a, um, ut *Pagasæa raris peteret cum Phasidos undas.*

Pagasæus, sinus cognominatus est à Pagasa.

Pagææ, opp. est Syriæ Cœles, i, curvæ. *Procl.*

Pagus, antiquum nomen Corinthi. *Steph.*

Pagyris, fluv. & civ. quæ Pacyris: unde

Pagyritæ, pop. in Sarmatia Europæ. *Procl.*

Palæampolis, civ. est Hisp. *Strab.* lib. 3.

Palæbibius, opp. est Mediterran. Phœnices.

Palæmaria, villa est Præfecturæ Mæoticæ in Ægypto.

Palæmon, dictus est Melicertes, cum maritimus deus esset.

Palæmon, Lat. dicitur Portunus, quia portubus præsit.

Palæmon alius, filius Phinxi Arcadiæ Regis.

Palæmon, Grammaticus Vicentinus, Romæ vixit sub Tiberio, & Claudio Principibus. *Suct.*

Palæmon, proprium quoque est pastoris apud *Virg.*

Palæmonius, a, um, ut coronæ palæmoniz, i, Isthania. *Cel.*

Palæmyndus, interp. antiqua *Myndus.* (Claus.)

Palæotrium, opp. est in monte Atho. *Plin.* lib. 4. cap. 10.

Palæpaphus, civ. est Cypri, Veneri sacra: interpretatur an-

Palæpaphia, vocatur Venus à *Virg.* (Hæus *Paphus.*

Palæpolus, locus haud procul ab eo, ubi Neapolis. *Liv. Torre de Zopparelli.*

Palæscander, fluvius Troadis in Propontidem fluens.

Palæcepsis, civ. est Æolidis regionis. *Plin.* lib. 5.

Palæstina, Provincie Syriæ Arabiæ contermina.

Palæstina, sic dicta à Philistin, urbe Metropoli. *Plin.*

Palæstina Syria, eadem regio est quæ Judæa.

Palæstina, Syria, Ciliciæ annumeratur, cum fuerit Dario tributaria. *Herod.* lib. 3.

Palæstina, regio est alia propè Phœaciam. *Lucan.* lib. 5.

Palæstinus, a, um. *Ovid.* *Sepè Palæstinat jurat adesse deas.*

Palætyrus, i, antiqua vocabatur *Tyrus.* *Steph.*

Palæcia, opp. est Tauricæ regionis. *Plin.* lib. 4. cap. 12.

Palama, sive Paloma, opp. est in majori Canaria.

Palamedes, filius Nauplii Eubææ Regis. *Hom.* (uisse dicitur.

Palamedes, quatuor litteras Græcas *Π, Λ, Μ, Ν,* primus inve-

Palamedes Eleates, scripsit *Onomasticon* de tragicis, & comicis dictionibus. *Suid.*

Palanta, civ. Corsicæ insulæ. *Procl.*

Palanteum, opp. fuit in monte Palatino. *Virg.*

Palantia, civ. est Hisp. citerioris. *Procl.*

Palantini, pop. fuerunt conventus Cluniensis.

Palantium, urbs Arcadiæ, à Palante uno filiorum Lycaonis,

gentile Palantius. *Steph.*

Palas, Evandri proavus, à quo Palantium. (nit.)

Palatina, regio Romæ, quam *Varro* de Ling. Lat. quartam po-

Palatinus, a, um, ut Palatinus Deus, & Palatinus mons à Palantio oppido. *Serv.*

Palatina palæstra, quod in Palatino monte exercebatur.

Palatinum montem, sive collem Romæ, Palantia Evandri filia tenuit.

Palatium, ii, mons est Romæ ita appellatus, quod pecus ibi pascens balare consueverit; vel quia ibi palare, i, errare pecudes solent; sive quod Hyperborei filia ibi Latinum peperit. (sit.)

Palatium, alii appellari existimant, quod ibi Pallas sepultus.

Palatium, dicitur domus Imperatoria, superba ampiaque, à Palante gigante.

Palatium, dicta fuit urbs Diocletiani, quæ nunc Nantus Spalatum dicitur. *Euseb.* Vulgò *Spalato.*

Palatualis, Flamen constitutus ad sacrificandum ei deæ, in cujus tutela Palatium esse putabatur. *Fest.*

Palea, civ. est in Cypri ins. *Strab.* lib. 13.

Pales, pastorum dea, quæ aliquibus Vesta dicitur.

Paleste, locus in Epiro juxta Ornon, civitatem Chæoniæ.

Paleurius Sura, orator, & caudicus fuit. *Luc.* & *Marci* amicis.

Palibotii, pop. sunt Indorum: & Palibotros, civ. *Solin.*

Palicæ, urbs est Siciliæ. *Steph.* (sit. *Steph.*

Palicenus, fons in Sicilia dictus, quod juxta Palicos fratres

Palici, gemini fratres fuere Jovis, & Tnaliz filii.

Palicus, lacus propè alveum Simethii amnis. *Jul. Firm.*

Palicotra, urb. est. *Diod.* lib. 3.



Palilia, Palis deæ, festa, quæ fiebant 11. Kalendas Maii.  
 Palimbrati, Indiæ citra Gangem pop. *Steph.*  
 Palindromos, promont. est Arabiæ Fœlicis. *Ptol.*  
 Palinurus, promont. est Lucaniæ juxta Veliam, in quo Pa-  
 linuri tumulus. *Plin.*  
 Palinurus, à gubernatore navis Æneæ dictus est. *Polin.*  
 Palinx, civ. est Susiana. *Ptol.* melius Aliuza.  
 Paliorum, stagnum in Sicilia sulphurei coloris. *Steph.*  
 Paliurus, palus est in Cyrenaica regione. *Ptol.*  
 Paliurus, civ. est in Marmarica Ægypto. *Ptol.*  
 Palla, civ. est Corsicæ ins. *Ptol.*  
 Palladium, Palladis simulacrum, quod Romæ in æde Vestæ  
 fuit. *Ovid.* lib. 5. *Fast.*  
 Palladius, a, um, quod est Palladis: undè (Palladis.  
 Palladium, forum Romæ, quod erat propinquum Templo  
 Palladius, authoris proprium, qui de Ag. cultura scripsit.  
 Palladius alius, cursor, vix credendæ celeritatis. *Cal.*  
 Palladius, S. R. E. Diaconus Cardinalis in Hyberniam à  
 Cœlestino Papa missus est ad Evangelicæ prædicationis  
 functionem: plata scripsit, de quibus Baronius, & alii,  
 Occhasa vindicat. 1. & 3.  
 Pallantia, civ. est Hisp. Tarraconensis. *Vulg.* *Palencia.*  
 Pallantium, opp. est in Arcadia. *Plin.* lib. 4. cap. 6.  
 Pallans, artis, filius Evandri à Turno interfectus.  
 Pallas alius, Pandionis filius. *Ovid.* lib. 7. *Metam.*  
 Pallas, dea Sapientiæ, filia Jovis, sine matre prognata.  
 Pallas dicta, quod Pallantem gigantem interfecerit.  
 Pallas, prius Tritonia dicta, à Tritone palude.  
 Pallas, quoque Minerva dicta, quod vim minetur.  
 Pallas, belli inventrix, & ob id Bellona vocata. *Cic.* lib. 1.  
 Palladis Templum apud Mnesios admirandum fuit. *Herod.*  
 Pallas, palus est in Africa propria. *Ptol.*  
 Pallantias, palus est in Africa, alio nomine Triton. *Cal.*  
 Pallene, Regio est in littoribus Macedoniæ. *Herod.*  
 Pallene, vicus in Antiochide tribu Atticæ regionis. *Steph.*  
 Pallene, opp. est Macedoniæ.  
 Pallene, quæ prius Phlægra dicta. *Dion.* lib. 7.  
 Pallenenses, pop. sunt in Cephælonia. *Valer.*  
 Palma, opp. est Hisp. *Ptol.*  
 Palma, civ. est in majori Canaria ins. *Ptol.*  
 Palmaria, ins. est in mari Tusco. *Plin.* lib. 3. cap. 6.  
 Palmaria, civ. est Siricæ. *Ptol.*  
 Palmyrena, regio est Syriæ, in qua metropolis Palmyra:  
 illic regnavit Zenobia.  
 Palsus, fluv. est Mauritanicæ. *Plin.* lib. 3. cap. 1.  
 Pakos, opp. est Syriæ. *Pomp.* *Vulgò Gibel.*  
 Pambotades, vicus in Brechteide tribus. *Steph.*  
 Pamisus, fluv. est Arcadiæ. *Plin.* lib. 4. cap. 5.  
 Pamisus, fluv. est Thessaliæ. *Plin.* lib. 4. cap. 8.  
 Pamisus, fluv. quoque est Thraciæ. *Plin.* lib. 4. cap. 11.  
 Pamissus, fluv. est Messeniæ in Peloponneso. *Strab.*  
 Pamphagi, Æthiopiæ pop. omnibus rebus vescentes.  
 Pamphagus, nomen canis venatici. *Ovid.* lib. 5. *Metam.*  
 Pamphilus, Latine dicitur totus amor, vel totus amicus.  
 Pamphilus, Neoclidis filius, Platonis auditor. *Cic.*  
 Pamphilus, Presbyter, Eusebii Cæsariensis necessarius. *Hier.*  
 Pamphylia, regio Asiæ minoris inter Ciliciam, & Syriam.  
 Pamphylia, urbs Macedoniæ. *Steph.* (*Vulgò Caramania.*  
 Pamphylii, pop. fuerunt Dario Regi tributarii. *Herod.* lib. 3.  
 Pamphylius, a, um, quod est à Pamphylia. *Cic.*  
 Pamphylius, portus in eadem Pamphylia est.  
 Pampottus, annis non longe ab Alpibus. *Strab.* *Vulgò Quieto.*  
 Pan, pastorum deus vocatus: & ejus festa Lupercalia.  
 Panacron, urbs Cypri: gentile Panacæus. *Steph.*  
 Panacton, castellum Atticum. *Steph.*  
 Panætius, Rhodius, Philosophus sectæ Stoicæ. *Suid.*  
 Panætius senior, item Rhodius, cujus apud Philosophos mul-  
 ta fit mentio. *Suid.*  
 Panætolium, mons est Ætolicæ altissimus. *Plin.* lib. 4. c. 2.  
 Panætolicus, a, um, adjectivum, ut Panætolicum Concilium,  
 id est, universæ Ætolicæ. *Liv.*

Panagra, civ. Libiæ interioris. *Ptol.* (*Ptol.*  
 Panalia, colonia est Mediterranea Mauritanicæ Tingitanæ.  
 Panathenæa, communis celebritas ludi gymnici: qui & agon  
 gymnicus: hinc *Panathenæicus*, liber Isocratis.  
 Panchale, una Cycladum: aliàs Anorgus. *Steph.*  
 Panchæi, pop. qui deserta Libiæ habitant. *Pomp.*  
 Panchaja, Regio est Arabiæ interp. quasi tota dehiscens. *Virg.*  
*Totaque thuriferis, Panchaja pinguis arenis.*  
 Panchæus, a, um, à Panchaja. *Ovid.* *Panchæque thura reliquit.*  
 Panchæicus, a, um. *Ovid.* *Thura ferat sterilisque alias Pan-*  
*chæica tellus.* (pugnarunt. *Steph.*  
 Pandæ, Indiæ populi, qui cum Deriade contra Bacchum  
 Pandana, porta Romæ, à *pando* dicta, quod semper patéret.  
 Pandari, ins. exigua in sinu Cajetano. *Strab.* lib. 5.  
 Pandataria, ins. est sinu Puteolano. *Ptol.* *Vulg.* *Palmarola.*  
 Pandæa, gens est in India. *Solin.* cap. 65.  
 Pandion, fuit Erechthei Athenarum Regis filius.  
 Pandion, collis est, & opp. in Caria.  
 Pandochia, civ. est in Italia. *Strab.*  
 Pandora, mulier formosiss. à Vulcano jussu Jovis facta, cui  
 omnes dii dones ornatu: itaque dicta, quasi omnium do-  
 na, vel ab omnibus donata, vel omnium rerum genere donata.  
 Pandora, mater Deucalionis, à qua Thessalia Pandora dicta.  
 Pandora, civ. est in Thessalia. *Strab.* (cap. 2.  
 Pandoræi, gens est Indiæ, qui 200. annis vivunt. *Plin.* lib. 7.  
 Pandosia, opp. est Lucaniæ in Italia. *Plin.* lib. 3.  
 Pandosia, opp. est Epiri. *Plin.* lib. 4. cap. 1.  
 Pandosius, Arcadiæ lacus.  
 Paneas, locus est Palæstinæ juxta Jordanem. *Plin.*  
 Paneas, ados, fons est Judææ sub Libano monte. *Sol.*  
 Panælienes, pro omnibus Græcis per Synædochem. *Hom.*  
 Panclus, urbs circa Pontum, sic dicta ab Herocleota quo-  
 dam, qui illuc ex Bœonia venit. *Steph.*  
 Panephytis, opp. est Ægypti.  
 Panæus, fons est Judææ sub Libano monte. *Sol.* (nis. *Boecat.*  
 Panæus, Cholchorum fluv. qui imminet opp. ejusdem nomi-  
 Pangæus, i, vel Pangæi, orum, mons est Thraciæ.  
 Pangæus, mons in quo aurea, & argentea sunt metalla.  
 Pangæus, a, um. *Lucan.* *Pangæaque saxa resultant.*  
 Pangilium, promont. est Joniæ.  
 Panharii, pop. sunt Armeniæ. *Solin.*  
 Paniardis, opp. est Sarmatiæ Asiaticæ. *Ptol.*  
 Panionium, conventus est Joniæ populorum. *Pomp.* lib. 1.  
 Pamisci, dii sylvestres, quasi per diminutionem dicti, quasi  
 minutuli Panes; sicut à Satyro *Satyrisci.*  
 Pannonia, civ. est Cretæ mediterranea. *Ptol.*  
 Pannonia, regio est latè patens in Europa. *Ptol.*  
 Pannonia, duplex est, superior, & inferior.  
 Pannonia superior, quæ hodiæ Austria, & Styria.  
 Pannonia inferior, est quæ hodiæ Hungaria dicitur.  
 Pannonii, pop. eorundem regionum.  
 Pannonii, à Romanis dicti, quos Græci Pzonas, Latini Un-  
 garos vocitant.  
 Pannonicus, a, um. *Mart.* *Pannonicus numquam nobis dedit,*  
*Umbria chartas.* (ipsa.  
 Pannonis, idis. *Luc.* *Pannonis hæud aliter post illum seivior*  
 Panomphæus, Juppiter dictus Græcè, quod omni lingua co-  
 latur. *Ovid.* lib. 7. *Metam.*  
 Panopæa, quæ & Panope Nympha marina, à perspicuitate  
 visus nominata. *Virg.* *Panopæaque virgo.*  
 Panope, vel Panopea, civ. est Phocidis à Panopeo Phoci fi-  
 lio. *Hom.* 2. *Iliad.*  
 Panormum, sive Panormus, & Panormium, civ. est Siciliæ,  
 ins. *Vulg.* *Palermo.*  
 Panormitanus, a, um, vel Panormita, tæ, à Parnormo.  
 Panormus, opp. est Cretæ maritimum. *Ptol.*  
 Panormus, portus est in Epiro. *Ptol.* *Vulgò Panormo.*  
 Panormus, portus est in Achaja. *Ptol.* *Vulgò Rafet.*  
 Panormus, portus est Libycæ nomidis in Ægypti. (*Steph.*  
 Panos, vicus juxta mare Rubrum est: gentile Panopolites.  
 Panos, insula & urbs Ætiopum, quæ Adulis.



- Panos, urbs Ægypti ubi Panis simulacrum. *Steph.*  
 Pantaces, annis Italiæ propè Calchantis, & Podaliri sacella. *Strab.*  
 Panacenses, pop. sunt conventus Pergamoni. *Plin.*  
 Pantagias, fluv. est Siciliæ ins. *Plin. lib. 4. cap. 8.*  
 Pantagiam, fluv. dictum putat *Servius*, quasi ubique sonantem, vel quòd omnia quæque secum rapiat.  
 Pantaha, civ. est in Thraciæ Chersoneso. *Ptol.*  
 Pantanus, lacus est Apeliæ in Italia. *Plin. lib. 3. Vulgò Lago de Lesina in Puglia.*  
 Panthea, uxor fuit Abradatæ viri nobilis apud Persas.  
 Panthelæi, pop. sunt Persarum. *Trogus lib. 1.*  
 Pantheon, templum Romæ, in quo omnium deorum imagines effictæ erant.  
 Pantheon, Jovi ultori ab Agrippa factum. *Plin. lib. 36. c. 15.*  
 Pantheon, hodie S. Maria Rotunda Romæ dicitur.  
 Panthesilea, Regina Amazonum, quasi omnia subiens.  
 Panthous, filius Otrei, & frater Hecubæ. *Homer.*  
 Panticapes, fluv. est Scythiæ propè Bosphorum. *Her.*  
 Panticapæum, opp. est ibidem propè Bosphorum. *Herod. Civis Panticapæus, & Panticapæa res.*  
 Pantole, impostor fuit nominatissimus Eustachio.  
 Pantromatrium, opp. est Cretæ maritimum. *Plin. l. 4. c. 12. Civis, Pantromatrius.*  
 Pantropes, fluv. est Scythiæ.  
 Panyasus, fluv. est Talantium Macedoniæ. *Ptol.*  
 Panyus, fluv. est Mysiæ inferioris. *Ptol. (lib. 4.*  
 Papyrus, nomen est, quo apud Scythas vocatur Juppiter. *Her.*  
 Paphages, Rex Ambraciæ à leæna interfectus. *Ovid.*  
 Papha: a, civ. est Syriæ regionis Cyristicæ. *Ptol.*  
 Paphlagonia, Regio minoris Asiæ Galatiæ contermina. *Vulg. Amindole.*  
 Paphlagones, pop. sunt illius regionis.  
 Paphos, opp. est in Cypro ins. Veneri sacrum.  
 Paphos, ins. una è Cycladibus, Veneri sacra.  
 Paphius, a, um, à Papho. *Vir Solido Paphia de robore myrti.*  
 Paphus, filius Pygmalionis filii Cilicis ex Eburnea matre, qui in Cypro Paphon urbem condidit.  
 Papiæ, civ. Insubrium, alio nomine Ticinum. *Vulg. Pavia, vel in Ostrogothorum sedes.*  
 Papinianus, Jurisconsultus, Severo principi gratissimus, ab Antonio Caracalla securi percussus. *Spartian.*  
 Papinius Statius, Neapolitanus, inter heroyeos poetas referitur: composuit multa, & varia poemata. *Crinis.*  
 Papitium, urbs Paphlagoniæ, civis Papitius. *Steph.*  
 Pappa, civ. est Galatiæ. *Ptol.*  
 Pappus, Philosophus Alexandrin. scripsit de situ orbis, & alia.  
 Paprimis, urbs Ægypti, in qua Mars colitur. *Her. (cana.*  
 Paprimicanus, a, um, à prædicta urbe: undè plaga Paprimipapirius, à velocitate cursor dictus, de Samnitibus triumphavit. *Lib. lib. 9. (triumphavit.*  
 L. Papyrius Cursor, superioris filius, de Samnitibus ut pater Papyrius Crassus, cum Privernates intra mœnia fugasset, myrtea corona pro laurea usus est. *Valer.*  
 Papyrius Catbo, cum dentibus natus. *Plin. lib. 7. cap. 6.*  
 Papyrius, Prætextatus dictus, quòd in prætexta, & adolescentia magnopere visus est sapere.  
 Papyrianus, a, um, Papyriana sævitia. *Lib. lib. 10.*  
 Parabolos, ins. parva contra Phœnicem. *Pomp.*  
 Paracauda, civ. est Sogdianæ regionis. *Strab. lib. 11.*  
 Paradisus, civ. est Synæ Laodiceæ regionis. *Plin. l. 5. c. 23.*  
 Paradisus, fluv. est Seleuciæ. *Pomp. lib. 5. cap. 29.*  
 Parados, ins. est propè Delon insulam.  
 Paræsitaceni, pop. ultimi in Media, Persis contigui.  
 Paræsus, urbs condita à Paræso Minois cognato. *Steph.*  
 Parætaca, urbs Mediæ: gentile Parætacenus. *Steph.*  
 Parætacene, Regio est Persidis. *Ptol.*  
 Parætanium, civ. est & portus Africæ. *Strab. lib. 17. (res.*  
 Parætanius, a, um. *Luc. Usque Parætaniæ Eoa ad littora Syr-*  
 Parætanius, portus in Cyrenaica regione. *Pomp. lib. 1.*  
 Paragenitæ, pop. sunt Arcadiæ. *Plin. lib. 5. cap. 6.*  
 Paralais, oppidum est præfecturæ Licaoniæ in Cappadocia.  
 Parali, pop. Atticæ, qui Paralaim incolunt. *Steph.*  
 Paralus, urbs Maliensium in Thessalia. *Steph. (l. 7. c. 56.*  
 Paralus, nomen ejus, qui primus longam navem invenit. *Plin.*  
 Parapotamia, Regio Tigri proxima. *Plin. lib. 6. cap. 28.*  
 Parapotamia, urbs Phocidis: civis Parapotamus. *Steph.*  
 Parathi, pop. sunt Sardinia insulæ. *Ptol.*  
 Parausæi, pop. Thesprotiæ, sic dicti, quòd juxta Ausi fluvium habitant. *Steph.*  
 Parbara, civ. est in Parthia. *Ptol.*  
 Parcæ, dictæ sunt à parco per contrariam significationem, quòd nemini parcant. Varro à partu deduci putat.  
 Parcæ tres à poetis describuntur, Cloto, Lachesis, & Atropos, quas Erebi & Noctis filias describit *Cicero.*  
 Parchoata, mons est Persidis regionis. *Ptol.*  
 Parempbis, urbs Ægypti: gentile Parempbites. *Steph.*  
 Paretaceni, pop. montani & lattones, Persis contermini. *Strab. lib. 11.*  
 Parentium, opp. Romanorum civium in Istria. *Vulgò Parenzo, Gentile Parentinus.*  
 Paria, ins. est contra Jopem. *Plin. lib. 5. cap. 31.*  
 Paria, pop. sunt Asia. *Pomp. lib. 1. cap. 2.*  
 Paridorus, opp. est ad Atho montem. *Herod. lib. 7.*  
 Pariedres, portio est Tauri montis. *Plin. lib. 6. cap. 9.*  
 Parienna, civit. est Germaniæ. *Ptol.*  
 Paris, idis, Priami filius, excidii Trojani causa.  
 Paris, libertus Domitiæ Neronis amitæ. *Tacit. (fluvii.*  
 Parisii, orum, pop. sunt Gallia Lugdunensis, in ripa Sequanæ  
 Parisii, pop. sunt quoque in Britannia ins. *Ptol.*  
 Pariuda, civ. est juxta Hellespontum. *(Pariza.*  
 Parium, civ. est Hellesponti in Asia propriè dicta. *Ptol. Vulgò Parium, sive Pariana, colonia est in Chersoneso.*  
 Parium, promont. est in Ponto. *Pomp. lib. 1.*  
 Parius, a, um, à Pario. *Virg. Argentum Pariusque lapis.*  
 Parienus, a, um, à Pario urbe Hellesponti. *Herod.*  
 Parma, fluv. Italiæ, à quo urbs inter Piacentiam, & Cremoniam sita, Parma appellata.  
 Parmenses, incolæ & habitatores Parmæ.  
 Parmenses fuere Cassius poeta, & Macrobius. *Hor. scribere quod Cui Parmensi opuscula vincat.*  
 Parmæ campi, pop. sunt Germaniæ magnæ.  
 Parmenides, Eleates Philosophus, Anaxagoræ discipulus. *Diog.*  
 Parmenio, inter Alexandri comites maximè dilectus.  
 Parmeno, onis, apud Comicos viri nomen, quasi descens.  
 Parmesis, idis, fluv. est Bœotiæ, ex Helicone cadens. *Mart. Qui cum Parmesidos unda.*  
 Parnasus, mons est in Phocide regione. *Plin. lib. 4. cap. 3.*  
 Parnasius, a, um. *Virg. Nec tantum Phæbo gaudet Parnasia*  
 Parnasis, idis. *Ovid. Lauro Parnaside victus. (rupes.*  
 Parnasus, prius Larnasus, quòd Larnax, id est, arca Deucalionis illic appulisset. *Steph. (fuit.*  
 Parnassus, à Parnasso vate, qui prius in Pythiis vaticinatus  
 Parnes, mons est in Attica regione. *Steph.*  
 Paræcæi, pop. sunt Macedoniæ. *Plin.*  
 Paræcopolis, civ. est Macedoniæ.  
 Parodona, civ. est Persidis regionis. *Ptol.*  
 Paronæ, pop. sunt in Peloponneso. *Strab. lib. 8.*  
 Paropanisus, portio quædam est Tauri montis. *Pomp.*  
 Paropanisus, fluv. est in Mare Scyticum fluens. *Plin.*  
 Paropini, pop. sunt Sicilia insulæ. *Plin. lib. 3.*  
 Parorea, urbs Arcadiæ: cives Paroreatæ. *Steph.*  
 Parorea, Macedonum urbs: gentile Paroritæ. *Steph.*  
 Parorei, pop. sunt finitimi Macedoniæ. *Strab. lib. 7.*  
 Paroreatæ, pop. sunt in Arcadia regione. *Herod.*  
 Paros, ins. est una Cycladum in Ægeo. *Vulgò Pario: in qua & Paros, opp.*  
 Parus lapis. *El marmol blanco de aquella Isla.*  
 Paros, quæ postea Pharos ins. Illyrici. *Vulgò Lesena.*  
 Parossa, civ. est Tauricæ Chersonesi. *Ptol.*  
 Parparon, Regio Æolidis in Asia: civis, Parparonius. *Steph.*  
 Parthasia, Regio in Peloponneso dicta Arcadia.



- Parthasium, opp. est Arcadiæ regionis.  
 Parthasi, pop. sunt ejusdem Arcadiæ.  
 Parthasius, a, um. Lucan. *Parthasie vexarunt Perrea penna.*  
 Parthasius, pictor insignis, qui primus symmetriam picturæ didit: *Plin. lib. 35. cap. 10.*  
 Parthasius, pater fuit Oenei Regis Ætoliz. *Ovid. lib. 9. Metam.*  
 Parthenia, ins. prius dicta, quæ postea Samos. Vulgò *Samo.*  
 Parthenia, vicus est juxta Pontum. *Steph.*  
 Parthenia, ins. adjacens Joniæ. *Plin. lib. 5.*  
 Parthenia, prius dicta est, quæ postea Cilicia. Vulgò *Cyromania.*  
 Partheni, pop. fuerunt in Libania. *Plin. lib. 3. cap. 22.*  
 Partheniata, Leones quidam dicti sunt, quasi de Virginitibus nati incerto parentibus, qui postmodum fuere conditores Tarenti. *Serv. lib. 3. Æneid.*  
 Parthenium, urbs Eubææ. *Steph.*  
 Parthenium, promont. est Thraciæ regionis. *Ptol.*  
 Parthenium, nemus dictum à Virginibus, quæ illic venari consueverunt.  
 Parthenium, opp. est Arcadiæ. *Plin. lib. 4. cap. 6.*  
 Parthenium, opp. est Teutraniz. *Plin. lib. 5. cap. 30.*  
 Parthenius, mons est Arcadiæ, Veneri sacer.  
 Parthenius, dicitur à virginibus, quæ ibi sacra Veneri faciebant. *Virgineus.*  
 Parthenius, fluv. est Ponti, & Bithyniæ. *Strab. (Ponto.*  
 Parthenius, fluv. est Paphlagoniæ regionis. *Ovid. lib. 4. de*  
 Parthenius, portus est in littore Bratio. *Plin. lib. 3. cap. 5.*  
 Parthenius, mons est in Peloponneso. *Strab. lib. 8.*  
 Parthenius, a, um, adject. ut Salus Partheni. *Virg.*  
 Parthenius, poeta Nicæus elegiacus. *Suid.*  
 Parthenius alius, Chius genere, filius Testoris. *Suid.*  
 Parthenope; dicta est una Syrenum: à qua  
 Parthenope prius dicta, quæ postea Neapolis. Vulgò *Naples.*  
 Parthenopæus, a, um, è Parthenope Neapoli.  
 Parthenopæus, Rex Arcadiæ, Menalippes, & Martis filius.  
 Parthenopolis; opp. est Thraciæ. *Plin. lib. 4. cap. 11.*  
 Parthenaehra, lacus, & promontorium ante Chesonesum, Bosphori urbem. *Strab.*  
 Parthia, Regio est Assiriæ juxta Mediam. *Ptol.*  
 Parthi pop. sunt ejusdem regionis.  
 Parthicus, a, um. *Parthica Romanos solverunt damna furores.*  
 Parthini, pop. sunt Macedoniæ. *Plin. lib. 4. cap. 23.*  
 Parthiscum, opp. est in Jazigibus. *Ptol.*  
 Parthæi, pop. sunt in Macedonia. *Ptol.*  
 Parthiene, Regio est Parthiæ. *Ptol.*  
 Pariadris, mons est Armeniæ majoris. *Ptol.*  
 Parisatis, Cyri filia, & Artaxerxis mater. *Plut.*  
 Pascarta, civ. est Parthiæ. *Ptol.*  
 Pasargadæ, pop. sunt Persiæ. *Strab. lib. 5.*  
 Parasana, civ. est Armeniæ minoris. *Ptol.*  
 Paschalis, Pontifex Romanus, ann. 817.  
 Paschalis II. Pont. Roman. ann. 1099.  
 Paschilus, seu Paschius, Romæ vates ridiculus, aut potius statua lapidis, cui prædictiones & satyras affigunt, item diæria, quæ in suo nomine non audet quis evulgare. *Lil. Syntagma. 4. dist. decor.*  
 Passinum: vide Passinum.  
 Passiphaë, fuit filia Solis, & uxor Minois, Regis Cretæ.  
 Passiris, civ. est Sarmatiæ in Europa. *Ptol.*  
 Pasiteles, scultor egregius in Græcia natus, & civitate Romana donatus. *Plin. lib. 35. cap. 12.*  
 Pasithea; una ex tribus Cræis, quæ alis Euphrosine dicitur, alio nomine Aglæa.  
 Pasithoa, Atlantis filia ex Æthra.  
 Pasithoe, Nymphe Oceani, & Tethyos filia. *Hesiod.*  
 Pasigris, nomen quo Tigris, ubi remeare aquæ, appellatur. *Plin. lib. 6. cap. 27.*  
 Pasitum, opp. est juxta Istriam regionem. *Plin. lib. 6. c. 19.*  
 Passa, urbs Thraciæ: gentile Passæus. *Strab.*  
 Passagia, opp. ac portus maritimus Æthiopiæ in Hybernia. *Ocalana vinctat. cap. 1.*  
 Passala, navale Mylassensium: gentile Passaleus. *Steph.*  
 Passandra, parca Regio juxta Adramytum urbem, & Cistennem: gentile Passandraus. *Steph.*  
 Passalum, civ. est in Ægypto. *Ptol.*  
 Passinum, aut portus Passinus, urbs fuit in sinu Persico, olim dicta Chorab: post ab Alexandro Alexandria, ab Antiocho Antiochia, novissime à Passino, aut ut alii velunt Spasino, Pasinum. Authotes *Dionys. in vita Trajani. Steph. & Plin. lib. 6. cap. 17.*  
 Pasteris, urbs Ægypti: cives Pasterites.  
 Pastons, civ. est Armeniæ regionis.  
 Pastophori, Sacerdotes sacrosancti Ægyptiorum, ceteris honoratiores.  
 Pastos, sive Passos, civ. est Thraciæ. *Plin. lib. 4.*  
 Patamea, lacus in Tuscia. *Strab.*  
 Patage, insul. una è Cycladibus. *Plin. lib. 4. cap. 12. Vulgò Morgone.*  
 Patala, urbs Indiæ: gentile Patalæus, vel Patalæicus. *Steph.*  
 Patalus, ins. vicina Cariz: gentiles Patalus. *Steph.*  
 Patara, opp. est Lyciæ, ubi Apollo dabat responsa. Vulgò *Patara, indè*  
 Pataræus, a, um. *Ovid. lib. 1. Metam. Pataræaque Regia servit.*  
 Pataræis, idis. *Pric. Hanc Zepirus Pataræide summa.*  
 Patarva, civ. est Sarmatiæ Asiaticæ. *Ptol. (Padua.*  
 Patavium, opp. est Venetæ regionis. *Plin. lib. 3. c. 19. Vulgò*  
 Patavium, opp. est Bithyniæ. *Ptol.*  
 Patavinus, a, um. *Mart. Uda puilla leges sit Patavina licet.*  
 Patara, ins. est propriè Thraciam Chersonesum. *Plin.*  
 Paterniana, civ. est Carpetanorum in Hisp. Vulgò *Pastrana.*  
 Patramphes, vir Persæ, & Xerxis auriga. *Her. lib. 7.*  
 Pathinitum ostium, unum è septem Nilii. *Ptol.*  
 Patizithes, vir Persæ magnus, de quo *Herod.*  
 Patmos, ins. una è Cycladibus in Ægæo. Vulgò *Palmosa.* In hac D. Joannes Apostolus exul scripsit Apocalypsim.  
 Patra, arum, civ. est in Achaja. *Plin. lib. 4. cap. 4. Vulgò*  
*Patras: prius Aroe dicta. Pausan.*  
 Patrasis, urbs Pentica: gentile Patrasipes. *Steph.*  
 Patrensis, & Patrianus, a, um, quod ad Patras pertinet. *Cic. Patrasasi Medico.*  
 Patrianus, a, um, à Patris dixit *Cic. ad Thermum.*  
 Patritiana, sive villa S. Patritii, opp. Ultoniæ in Hybernia. *Ocalana vindic. cap. 1.*  
 Patritius Magobius, ob insignem sanctitatem, & præclaras virtutes, Magnus sive Thaumaturgus appellatus, S. Martini ex sorore nepos, ex patre Hybernus, & Hybernorum Apostolus, plura scripsit, de quibus *Ostulidanus.*  
 Patritius Hybernus, S. Patritii consobrinus, scripsit de ejus virtutibus & miraculis *Jocelin.*  
 Patritius, vicus Romæ, ex eo quod in ea Patritii habitavere juvente *Servio Tullio.*  
 Patridava, civ. est Daciæ. *Ptol.*  
 Patrigadæ, locus Persicus, quem habitabant similiter. *Steph.*  
 Patroclides, assentator Philippi Macedonum Regis.  
 Patroclus, Menæti fuit filius & Steneles, ab Hectore in bello Trojano interfectus.  
 Patuissa, civitas est Daciæ. *Ptol.*  
 Patulgia, fluv. est Siciliæ ins. *Claud.*  
 Paturgia, à Patago, i, sonitu seu strepitu dictus est.  
 Patulcius, aut Patulejus, dictus est Janus, quod tempore belli portæ templi ejus pateant.  
 Patunus, urbs Arabiæ: gentile Patunius. *Steph.*  
 Pauca, civ. est Corsicæ ins. *Ptol.*  
 Paulus, Lat. *modicus*, Græcè *quietus* interpretatur.  
 Paulus, Jesu-Christi Apostolus.  
 Paulus, Pontifex Romanus, ann. 757.  
 Paulus II. Pont. Rom. ann. 1464.  
 Paulus III. Pont. Rom. ann. 1534.  
 Paulus IV. Pont. Rom. ann. 1555.  
 Paulus V. Pont. Rom. ann. 1605.  
 Paulus Scherlogus, Waterfordiensis Hybernus, scripsit in Cantica Salomonis tres tomos.



Paulus, cognomen L. Æmilii Consulis Romani.  
 Pausanias, Cleombroti filius, Lacedæmoniorum Imperator,  
 res multas bello feliciter gessit. *Thucid.*  
 Pausanias, Macedo adolescens, qui Philippum Macedonem  
 interfecit. *Justin.*  
 Pausanias, Cæsariensis Grammaticus, scripsit de Construc-  
 tione, & Problematum librum unum. *Suid.*  
 Pausanias, nomen historici, cujus scripta aliquot extant: flo-  
 ruit Adriani temporibus.  
 Pausias, nomen pictoris Scyonii. *Plin.* lib. 35. cap. 11.  
 Pausilypum, mons est Campaniæ propè Neapolim ab amœ-  
 nitate dicta, & adhuc nomen retinet. *Plin.* lib. 9. cap. 53.  
 Vulgò *Monte Pausilipo.*  
 Pausinus, opp. est in Illyrico. *Plin.* lib. 3. cap. 21.  
 Pausulani, pop. sunt in Piceno. *Plin.* lib. 3. cap. 13.  
 Pax Julia, civ. est Hispaniæ. *Plin.* Vulgò *Badajoz.*  
 P A N T E A.  
 Pechini, pop. sunt Æthiopiæ sub Ægypto. *Ptol.*  
 Peda, opp. est Latii quod interit. *Plin.*  
 Pedæus, fuit Antenoris filius nothus. *Hom.* 5. *Iliad.*  
 Pedalia, opp. est Ciliciæ. *Plin.*  
 Pedalium, opp. est in Cypro insula. *Ptol.*  
 Pedalium, prom. est Cariz. *Plin.* lib. 5. cap. 27.  
 Pedalis, civ. est in Peloponneso. *Ptol.*  
 Pedana, Regio est non procul à Roma, dicta ab oppido *Peda.*  
 Pedasus, Bucolonis maximi filiorum Laomedontis filius.  
*Hom.* lib. 6. *Iliad.*  
 Pedasus, etiam unus fuit equorum Achillis, quem præ cæte-  
 ris comitem habebat. *Hom.* *Iliad.* 16.  
 Pedasus, opp. est Æolidis, quod Adrimiteos. *Plin.* lib. 5.  
 Pedasus, civ. Pylo vicina, viniferacissima. *Hom.* *Iliad.* lib. 9.  
 Pedasus, opp. fuit Halicarnasso contributum. *Plin.*  
 Pediculi, pop. sunt Calabriæ. *Pim.* lib. 3. cap. 11.  
 Peditis, urbs Cariz: gentile Pediti. *Steph.*  
 Pedina, ins. est adiacens Lesbo. *Plin.* lib. 5. cap. 31.  
 Pedinilissus, urbs Pisidiæ: gentile Pedinilisseus. *Steph.*  
 Pedo, onis, poëta tempore Augusti, & Neronis. *Ovid.*  
 Pedonia, villa est præfecturæ Libycæ in Ægypto. *Ptol.*  
 Pegasa, opp. est Cariz. *Plin.* lib. 5. cap. 28.  
 Pegasæ, opp. est Thessaliæ, quod postea Demetrias. *Steph.*  
 Pegasus, equus allatus, quo usus est Perseus, & Bellerophon.  
 Pegasæus, a, um, adject. ut gradus Pegasæus, id est, celerri-  
 Pegnessus, Noricorum fluv. Vulgò *Pegnitz.* (mus.)  
 Pegone, portus est Troezenorum. *Herod.* lib. 8.  
 Pela, ins. est contra Ephesum propè Chion. *Plin.* lib. 5.  
 Pelagia, septem ins. in Sachalite sinu. *Steph.*  
 Pelagius, Pont. Roman. anno 555.  
 Pelagius II. Pont. Roman. anno 577.  
 Pelagonia, Regio est Siciliæ: gentile Pelagonius. *Steph.*  
 Pelagonia, Regio est finitima Macedoniæ. *Plin.* lib. 4. c. 10.  
 Pelagones, pop. sunt illius regionis.  
 Pelana, civ. est in Peloponneso. *Strab.* lib. 8.  
 Pelasgi, pop. sunt in Latio antiquo. *Plin.* lib. 3.  
 Pelasgia, prius dicta, quæ postea Peloponnesus. Vulgò *Morca.*  
 Pelasgia, Regio Græciæ, olim Thessalia dicta.  
 Pelasgia, ins. prius dicta, quæ postea Lesbos. *Plin.* lib. 3.  
 cap. 13. Vulgò *Mercelin.*  
 Pelasgia quoque *Straboni* ponitur in Thessalia.  
 Pelasgia, cognominata est aliquando Arcadia. *Plin.* lib. 4. c. 6.  
 Pelasgiotæ, pop. sunt Macedoniæ. *Ptol.*  
 Pelasgicus sinus est in Macedonia. *Ptol.* Vulgò *Golfo del Volo.*  
 Pelasgi, una littera mutata, quasi *pelargi*, id est, Ciconiæ  
 dicti sunt.  
 Pelasgi, inops genus hominum est errantium per totam Eu-  
 ropam.  
 Pelasgi, quorum dux Evander, litteras in Italiam adduxe-  
 runt. *Plin.* (filio.)  
 Pelasgi, à Jovis filio ducunt originem, sive à Peleo Neptuni  
 Pele, nomen duarum civitatum Thessaliæ, quarum una Eu-  
 rypilo, altera Achilli parebat. *Steph.*  
 Pele, parva insula quædam: gentile Peleus. *Steph.*

Pelemena, lacus est in Alpibus. *Strab.*  
 Pelendones, pop. sunt citerioris. Hisp. *Ptol.*  
 Peleon, civ. Illyrica: gentile Peleus. *Steph.*  
 Pelestani, pop. sunt Umbriæ in Italia. *Plin.* lib. 3. cap. 14.  
 Pelethronii, dicti sunt Lapithæ, à loco qui subjectus est Pelio  
 monti, in quo magna vis medicamentorum ibi nascitur.  
*Virg.*  
 Pelethronium, opp. est Thessaliæ. *Strab.* lib. 7.  
 Pelethronius, primus qui fræna & strata equorum invenit.  
 Pelethronius, a, um. *Virg.* *Fata Peletronus nubes.*  
 Peleus, Æaci Regis filius, Achillis pater. *Ovid.*  
 Peliacus, a, um, adject. à Peliade. *Ovid.* — *Peliaca sternebat  
 cuspidis iltu.*  
 Peliada, civ. est Mesopotamiæ. *Ptol.*  
 Sedulii, pop. sunt Galliz Belgicz. *Cesar* lib. 1.  
 Segalavini, pop. sunt Provinciz Narbonensis. *Ptol.*  
 Segeda, quæ Julia restituta, opp. est Bæticæ. *Plin.*  
 Segeda Augurina, opp. est in eadem Bætica. *Plin.* lib. 3.  
 Segeda Areudeorum, opp. est Hisp. citerioris.  
 Segesta, opp. est Siciliz ab Ænea conditum. *Cicer.*  
 Segestani, pop. sunt Siciliz à Segesta. *Ptol.*  
 Segesta, opp. est Liguriæ mediterraneum. *Plin.* lib. 3. c. 11.  
 Vulgò *Sigestro*.  
 Segesta, opp. est Carnorum in Veneta regiones. *Plin. ibidem*.  
 Segestensis, à Segestis, de quo sæpè *Cic. in Verr.*  
 Segestanus, a, um, à Segesta. *Cic. Segestana Diana*.  
 Segestica, civ. est ad Alpes. *Strab.* lib. 4.  
 Segetia, dea quam prisci colebant, ut lætas faceret segetes.  
 Segisa, opp. es in Hisp. *Ptol.*  
 Segisenses, pop. sunt Hisp. à Segisa.  
 Segisama Julia, civ. est Hisp. *Ptol.* Vulgò *Tordesillas*.  
 Segisamonenses, pop. sunt Hisp. conventus Cluniensis.  
 Segisamunculum, opp. est Autrigonum in Hisp. *Ptol.*  
 Segius, mons est Provinciz Narbonensis.  
 Segni, pop. sunt Galliz inter Eburones. Vulgò *Los de Sygney*,  
*juncto à Nymar*.  
 Segobriga, civ. est Celtiberorum in Hisp. *Ptol.* Vulg. *Segorbe*.  
 Segobrigenses, pop. sunt Hisp. conventus Carthaginensis.  
 Segodunum, civ. est in Germania. *Ptol.* Vulgò *Norembega*.  
 Segodunum, opp. est Rutenorum in Aquitania. *Ptol.*  
 Segontia Paramica, civ. est in Hisp. *Ptol.*  
 Segotienses, sive Segontini, pop. à Segontia.  
 Segor, fuit quinta civitas post Sodomam & Seboim, quæ ad  
 preces Loth servata est.  
 Segortia lacta, opp. est Arevacorum in Hisp. *Ptol.* Vulg. *Segovia*.  
 Segovellani, pop. Galliz Narbonensis, qui suprâ *segalauni*.  
 Segovia, civ. est Arevacorum in Hisp. *Ptol.*  
 Segucalum, opp. est in Germania. *Ptol.*  
 Segusia, urbs est in Graiis Alpibus. *Ptol.* lib. 3.  
 Segusia, civ. est Germaniz. *Ptol.*  
 Segusio, onis, opp. est in Traspadana regione. Vulgò *Susa*.  
 Segutia, opp. est in Alpibus Cottis.  
 Sejanus, viri proprium, de quo multa *Suet. in Tiberio*.  
 Seir, mons in terra Edon, ubi habitavit Esau.  
 Sejus, viri nomen, à quo Sejanus equus. *Cæs.* lib. 3. cap. 9.  
 Sejanus equus, proverbium, de hominibus calamitosæ sortis  
 dici solitum. *Erasm.*  
 Sella, fluv. est Messeniz in Peloponneso. *Ptol.*  
 Sela, civ. est in Susiana regione. *Ptol.*  
 Selacusa, ins. est in sinu Argolico. *Plin.* lib. 4. cap. 12.  
 Selambina opp. est in Hisp. *Ptol.* Vulgò *Salobrefia*.  
 Selatiti, pop. sunt en Mauritania. *Plin.*  
 Selbo, lacus est, quem epiniore dicit *Siruo*, ex *Ptol. Strab. Plin.*  
 Selene, à Strabone dicitur urbs quam Latini Lunam, & lin-  
 gua Persica Cartaram vocant. Vulgò *Luni*.  
 Selensis, civ. est in Hispania.  
 Selenus, fluv. est Ciliciz in finibus Calendarum. *Luc.*  
 Seleborca, civ. est Armeniz minoris. *Ptol.*  
 Seleucia, civ. est Syriz Antiochenæ, quam Orontos fluv. al-  
 labitur, à Seleuco Nicanore condita. Vulgò *Solda*. *Joseph.* 18.  
*Antiquit. Jud.* cap. 10. & *Hegetip.* lib. 4. cap. 1. quam  
*Paul.* peragravit. *Actor.* 13. & 1. *Mach.* 11.  
 Seleucia, Pieria à Pyrrho monte cognominata.  
 Seleucia, urbs Ciliciz, Traciotis cognominata, à Seleuco  
 Nicanore, vel Nicanore condita. *Strab.*  
 Seleucta, civ. est Phrygiz in Pamphylia. *Ptol.*  
 Seleucia aspera, civ. est Mediterranea Ciliciz. *Ptol.*  
 Seleucia, civ. est Cariz. *Plin.* lib. 5. cap. 29.
- Selencia, civ. est Parthorum juxta Tigrim. *Plin.* lib. 5.  
 Seleucia, quæ prius fuit Alexandria. *Flor.*  
 Seleucobelus, urbs juxta Belum, gentile Seleucobelites, vel  
 Seleuceus. *Steph.*  
 Seleucus, unus fuit ex Principib. *Alex. Appian.*  
 Selga, civ. est Pisidiz in Pamphylia. *Ptol.*  
 Selgia, civ. est Armeniz majoris. *Ptol.*  
 Selia, civ. est Hisp. in Lusitania. *Ptol.*  
 Selingæ, pop. sunt Germaniz. *Ptol.*  
 Selini, pop. sunt Hisp. *Ptol.*  
 Selinis, aut Selinus, untis, opp. Siciliz palmis abundans juxta  
 Lilybæum, Virg. *— palmosa Selinis.* (*Steph.*)  
 Selinus, filius Neptuni, filiam habuit Helice, quæ nupsit Jovi.  
 Selinus, fluv. est in Sicilia. *Ptol.* Vulgò *Salemi*.  
 Selinus, civ. est Leontidis regionis in Cilicia. *Ptol.*  
 Selinus, portus est Libyæ præfecturæ in Ægypto. *Ptol.*  
 Selinusius, a, um, ut Terra Selinusia. *Galen.*  
 Selinutii, pop. sunt in eadem Sicilia. *Plin.* l. 3. (*linutium*).  
 Selinutius, a, um. *Plin.* Ex omni genere gravi prætulere so-  
 Selinus, duo cognomina fluvii in Asia, imò lacus.  
 Selinus, fluv. qui per Ægiorum agrum labitur. *Steph.*  
 Selinus, fluv. est, qui Dianæ Ephesiz templum præterfluit.  
 Selinus, alter fluv. in Magarensium tractu. *Strab.*  
 Selinusius, lacus est in Lydia regione Asiæ. *Strab.*  
 Selium, civ. est Hisp. in Lusitania. *Ptol.*  
 Sellæ, opp. est Epiri: incolæ Sellani. *Luc.* lib. 3.  
 Sellani, pop. sunt in Epiri regione. *Plin.* lib. 3.  
 Sellasia, urbs Laconiz: gentile Sellasius. *Steph.*  
 Sellætz, pop. sunt in Thracia. *Plin.* lib. 4. cap. 11.  
 Selymbria, civ. est Thraciz ad Propontida. *Plin.* Vulg. *Silibreni*.  
 Semachide, vicus Atticæ in Antiochide tribu, à Semacho  
 dicta: incola Semachides. *Steph.*  
 Semana, sylvæ est in Germania magna. *Ptol.* Vulgò *Silva de*  
*Turingia*, quæ & Bacenis.  
 Semele, filia Cadmi Thebarum Regis, Bacchi mater.  
 Semeleius, a, um, à Semele. *Ovid. proles Semeleia capto, &c.*  
 Semelitani, pop. sunt Siciliz ins. *Plin.* lib. 3.  
 Semema, opp. est in Lyciz regione.  
 Semina, civ. est Parthiz. *Ptol.*  
 Semitamis, Assyriorum Regina fuit, Nini Regis uxor.  
 Semiramius, a, um. *Claud. Nostra Semiramiz timeant insignia*  
 Semizus, civ. est Armeniz minoris. *Ptol.* (*turres.*)  
 Semnones Suevi, pop. sunt Germaniz magnæ. *Ptol.*  
 Semonites, regio est in Bithynia.  
 Semphe, urbs Arabiz juxta Euphratem: gentile Sempheus  
 & Sempheus. *Steph.*  
 Sempronius, Gracchus, Senator fuit Romanus, Tiberii pater.  
 Sempronii plures fuerunt, quorum seriem lege apud *Volat.*  
 Semphi, pop. sunt Sarmatiz Asiaticæ. *Ptol.*  
 Sena, ins. in mari Britannico. *Pomp.* lib. 3.  
 Sena, æ, civ. est Tusciæ mediterranea. Vulg. *Siena*.  
 Senensis, e, res ad Senam pertinens.  
 Senaculum, locus Romæ, ubi Senatores consultandi gratia  
 consistebant.  
 Sena, fluv. quoque est. *Luc. Senaque Rhodiacas, &c.*  
 Senaria, civ. est eadem, quæ Caprearum.  
 Seneca, Cordubensis, Romam veniens, declamator egregius,  
 & Philosophus insignis evasit.  
 Seneca, venis solutis, sub Nerone mortuus est.  
 Senecio, vir in Bætica natus, & ibi quæstor. *Tacit.*  
 Senegalia, civ. est eadem Catoni, quæ Senogallia.  
 Senegoriaci, pop. sunt Britanniz.  
 Senetia, locus est Dalmatiz, sive Illyrici. *Ptol.*  
 Senaar, campus Babylonis, in quo turris extracta est.  
 Senates, pop. sunt Galliz Aquitanicz. *Plin.*  
 Senogallia, civ. est maritima in ora Umbriz, dicta à Se-  
 nonibus Gallis, qui eam condiderunt.  
 Senones, pop. sunt Galliz Lugdunensis. *Plin.* lib. 4.  
 Senones, pop. quoque sunt Italiz. *Plin.* lib. 3. cap. 14.  
 Senta, Fauna, filia fuit Pici Regis, & Fauni fratris sui uxor.  
 Senta, specus in Dalmatia ventum generans. *Plin.* lib. 2.



- Sentica, civ. est Vaccorum in Hisp. *Ptol.* Vulgò *Simanas*.  
 Sentii, pop. sunt Gallie Narbonensis.  
 Sentinas, opp. est Hetruriz. *Cat. de Originibus.* Vulgò *Senso*.  
 Sentinum, opp. Italiz in finibus Umbriz & Piceni, à quo  
 Sentinates pop. dicti, quorum meminit *Plin.* lib. 3. cap. 14.  
 Sentites, pop. sunt præfecturæ Matmaticæ in Ægypto.  
 Senus, urbs Ægypti: civis Senicus. *Steph.*  
 Sepia, scopulus diversis locis juxta litora Atheniensium.  
 Sepias, adis, prom. est Pelasgiotarum in Macedonia *Ptol.*  
 Vulgò *Cabo Monaster*.  
 Sepius, civ. quæ nunc Sipontum dicitur. Vulgò *Siponto*.  
 Seplasia, forum Capuz, in quo unguentarii negotiabantur.  
 Seplesiarius, pro unguentario & effæminato. (*Valer.*)  
 Septa civ. est Africæ Mauritaniz.  
 Septem fratres, mons est in Mauritania Tingitana. *Ptol.*  
 Septempeda, civ. est Picenorum Mediterranea. *Ptol.*  
 Septentriones, septem stellæ, ex quibus quasi juncti Tri-  
 ones figurantur. *Varr.*  
 Septentrionalis ventus, Græcè *Aparctias*.  
 Septimius, vir Rom. cujus amores describit *Cicero*.  
 Septumani, pop. sunt Provinciz Narbonensis. *Plin.*  
 Seqnana, fluv. est Galliz Belgicæ. Vulgò *Seine*. *Plin.*  
 Sequani, vel Sequanici, pop. sunt ejusdem Galliz. Vulgò  
*Los d: Besançon en Borgogne*.  
 Seraceni, pop. sunt Sarmatiz Asiaticæ. *Ptol.*  
 Seranus, cognomen nobilis Romani, sic à serendo dicti.  
 Seraphim, mascul. & neut. gen. pro choro Angelorum.  
 Serapion, orator Alexandrinus, Ælianus cognominatus.  
 Serapion, pictor, cognominatus Rhyparographus. *Plin.*  
 Serapion, Præsul Antiochenus sub Commodò Principe.  
 Serapion alius, cognominatus Scholasticus, scripsit contra  
 Manichæos volumen egregium. *Hieronym.*  
 Serapis, dis. serpens pro deo cultus apud Ægyptios.  
 Serapis, deus, qui apud Græcos Pluto dicitur. *Cicero*.  
 Serastera, civ. est minoris Armeniz. *Ptol.*  
 Serbetis, fluv. est Mauritaniz Cæsariensis. *Ptol.*  
 Serbinum, opp. est Pannoniz inferioris. *Ptol.*  
 Serbonis, palus est juxta quam est mons Cassius. *Herod.*  
 Serena, uxor fuit Stilliconis, ex Hispania oriunda. *Claud.*  
 Seres, pop. sunt Indorum Orientales inter Tabim & Taurum  
 montem, ab eo quod est Ser, Seris.  
 Seres, à quibus nobilis illa lana, ex qua fit Sericum, advehi  
 dicitur. *Ammian. Marcellin.* lib. 23.  
 Sericus, a, um, adject. ab eo quod Ser, eris.  
 Serica etiam est gens Parthis vicina, sagittandi arte famosa.  
 Sergentum, opp. est in Sicilia. *Ptol.*  
 Sergestus, Æneæ nauta, apud *Virg.* lib. 1. *Æneid.*  
 Sergia, Romana tribus, legitur apud *Alexand.* lib. 1. *Genial.*  
 Sergius, Pontifex Romanus, anno 687.  
 Sergius II. Pontifex Romanus, anno 844.  
 Sergius III. Pontifex Romanus, anno 904.  
 Sergius IV. Pontifex Romanus, anno 1009.  
 Serguntia, civ. est Celtiberorum in Hispania.  
 Seria, civ. est Turdetanorum in Hisp. *Ptol.*  
 Seriphus, ins. parva una è Cycladibus. *Plin.* Vulgò *Serfone*.  
 Seriphum, notiozem fecerunt ranæ, quæ illic non coaxant: undè  
 Seriphia rana, adagium in mutos, ac taciturnos. *Erasm.*  
 Seriphum in ins. nocentes relegantur, ut in Gyarum.  
 Serius, fluv. Cisalpinæ Galliz in Adduam fluens.  
 Sermitium, civ. est in Corsica ins. *Ptol.*  
 Sermuta, civ. est Ponti Galatici in Cappadocia. *Ptol.*  
 Sernyla, aut Sermilia, civ. in Macedonia. *Herod.* lib. 7.  
 Seropolis, villa est Pisidiz in Cilicia. *Ptol.*  
 Servianus, Hybernus, Scotorum Episcopus, & Orcadum  
 primus Apostolus, scripsit ad gregem suum plures Epis-  
 tolas, floruit anno Christi 44.  
 Seroptia, civ. Phœnicis: undè Seroptanum vinum. *Sidon.*  
 Serra, dictus est Tyberis, ab eo quod ripas secaret. *Steph.*  
 Serbeum, mons Thraciz. *Plin.* lib. 4. cap. 11.  
 Sertorius, nobilis Romanus, qui Marianarum partium fuit  
 unà cum Cinna. *Plut.*
- Serva, mater Jeroboam, serva Salomonis. 3. *Reg.* 11.  
 Serviliorum gens, notissima est ex *Volater.* lib. 19.  
 Servius, & Servilius, cognomina sunt virorum.  
 Servius Tullius, sextus Romanorum Rex, ex serva natus.  
 Servius Tullius, præcipuus legum sanctor fuit. *Tac.*  
 Servius Sulpitius, Jurisconsultus insignis fuit, Ciceronis tem-  
 Sesamus, civ. est Paphlagoniz. *Pomp.* lib. 1. (pore.)  
 Sesani, pop. in Epiro. *Strab.* lib. 7.  
 Sesarethus, urbs Taulantiorum: gentile Sesarethius. *Steph.*  
 Sesostris, Rex Ægypti, qui conatus est navigabilem alveum  
 ex Nilo in mare Rubrum producere. *Herod.* lib. 2.  
 Sessites, fluv. in Padum deduens. *Plin.* lib. 3. c. 16. Vulg. *Sesia*.  
 Sestiara, prom. est Mauritaniz Tingitanæ *Ptol.*  
 Sestiz, sive Sextiz aquæ, opp. est in Provincia Narbonensi.  
*Plin.* lib. 31.  
 Sestianæ aræ, prom. est Galliz. *Plin.* lib. 4.  
 Sestimates, pop. Umbriz in Italia. *Plin.* lib. 3.  
 Sestius nomen scriptoris medici. *Plin.*  
 Sestius, opp. est Thraciz ad Hellespontum situm, Abydo  
 objacens. *Pomp.* lib. 2.  
 Sestiacus, a, um. Auson. *Sestiaca præceptis turre puella*.  
 Sestias, adis, patronymicum. *Papin.* *Sedet anxia turre Supre-  
 mis Sestias in scopulis*.  
 Sestus, a, um, à Sesto oppido. *Ovid.* *Sestapuella*, id est, *Ero*.  
 Seta, Rhœsi soror ex Matre Bithyn suscepta: à quo Bithy-  
 nii, pop. Thraciz. *Steph.*  
 Setabucula, civ. est Contestanorum in Hisp. *Ptol.* (arce.)  
 Setabis, opp. Hisp. Vulgò *Xativa*. *Sil.-Celsa mittebat Setabis*  
 Setabis quoque appellatur fluvius in Hispania.  
 Setabus, a, um. *Catull.* *Nam sudaria Setaba ex Iberis*.  
 Setabitani, pop. sunt Setabis accolæ.  
 Setæum, parva regio juxta Sibarim: gentile Setæus. *Steph.*  
 Setaniorum, palus est in Britannia. *Ptol.*  
 Sethraites, nomos, præfectura est ibidem. *Ptol.*  
 Setia, opp. Latinorum mediterraneum. *Ptol.* Vulgò *Setza*.  
 Setinum vinum, à Setia. *Juven.* & *lato Setinum ardebit in auro*.  
 Setini, pop. sunt ab eadem Setia dicti.  
 Setina, civ. est in Hisp. *Ptol.*  
 Setimates: pop. sunt Umbriz in Italia. *Plin.* lib. 3.  
 Setusium, opp. est Italiz juxta Alpes.  
 Sevaces, pop. sunt Norici. *Ptol.*  
 Severinus, Pontifex Rom. anno 640. (*Monte Severo*.)  
 Severus, mons est in Sabinis. *Virg.* *montemque severum*. Vulgò  
 Severus, nomen multorum virorum, ut  
 Severus Cæsar, Severus Atilius, ad quem *Lactantius* scripsit.  
 Sevia, civ. est Arabiz Desertæ. *Ptol.*  
 Sevini prius dicti sunt, qui postea appellati Sabini.  
 Sevo, onis, mons Germaniz ad mare Scythicum. *Plin.*  
 Seuri, pop. sunt in Hisp. *Ptol.*  
 Sex, sive Sexi, Græcè dicitur *Hexi*, opp. est Beticæ ad mare  
 nostrum. Fortè *Motril*. Aliis *Velez Malaga*.  
 Sexitanus, a, um. *Mart.* *Et Sexitani ponatur cauda læcetti*.  
 Sexaguani, pop. sunt Galliz Aquitanicæ. *Plin.*  
 Sexmi Frigia, opp. Momoniarum in Hybernia.  
 Sextani, pop. sunt Provinciz Narbonensis. *Plin.* lib. 2.  
 Sextifirmium, opp. est in ora Beticæ. *Plin.* lib. 3.  
 Sextius Caballus, scurra maximus, qui à calcitratu Caballi  
 nomen adeptus est. *Mart.*  
 Sextianus, a, um, ut Sextiana pyra. *Colum.* lib. 5.  
 Sextus, Philosophus Chersonensis, *Plutarchi* nepos.

## S A N T E E



- Sibæ, Indiæ pop. qui cum Cerlade contra Dionysium pugnaverunt. *Steph.*
- Sible, opp. est contributum Cariz. *Plin.* lib. 5. cap. 29.
- Sibylla, puella dicebatur, cujus corpus nomen recepit.
- Sibyllæ, decem fuerunt, ut auctor est *Varro.*
- Sibylla Persica, cujus Nicanor mentionem fecit.
- Sibylla Libyca, cujus meminit *Euripides.* (tione.)
- Sibylla Delphica, de qua locutus est *Chrysippus* de divina-
- Sibylla Cumæa, cujus *Piso* in *Annalibus* meminit.
- Sibylla Erythræa, quæ Trojæ excidium vaticinata est.
- Sibylla Samia: & Sibylla Cumana nomine *Amalthea.*
- Sibylla Hellespontica, in agro Trojano nata.
- Sibylla Phrygia, quæ *Ancyra* vaticinata est.
- Sibylla Tyburtina, quæ *Tyburi*, ut dea colebatur.
- Sibyllinus, a, um, quod est Sibyllæ, vel à Sibylla fit.
- Sibyllinus sacerdos, cujus erat Sibyllinos libros aperire.
- Sibylliæ, pop. sunt Galliz Aquitanicæ. *Plin.*
- Sibyrtus, urbs Cretæ: gentile Sibyrtius. *Steph.*
- Sicambri, pop. sunt Germaniz Menapiis vicini. Vulgò *Los de Guedres y Cleves.*
- Sicani, pop. Hispaniz, à fluvio Sicori dicti, à quibus
- Sicania dicta, sive Sicane, es: quæ postea Sicilia.
- Sicani, pop. & Sicanus, a, um, à Sicania.
- Sicanus, a, um. *Luc.* *Sicanio* tegitur qui *Carbo sepulcro.*
- Sicapha, opp. est Africæ inter *Syrtes.* *Ptol.*
- Sicca Veneria, colonia est Numidiz Mediterranea.
- Siccensis à Sicca. *Solin.* *Magna voce Siccenses hortatur.*
- Siccatorium, civ. est Libyæ inferioris. *Ptol.*
- Sicemus, urbs Arabiz: incolæ Sicemii. *Steph.* (cap. 58.)
- Sicendus, lacus est Thessaliz, in quo ranæ mutæ. *Plin.* lib. 8.
- Sicenus, ins. est juxta Cretam. *Strab.* lib. 10.
- Sichæus, Didonis maritus, qui & *Sicharbas* dictus est.
- Sichæus, a, um. *Virg.* *Non servata fides cineri promissa Sichæo.*
- Sichem, filius Chanaam, qui Sidonem Civitatem condidit.
- Sicilia, ins. propè Italiam, omnium celeberrima.
- Sicilia, prius Sicania cognominata, à Rege Sicano.
- Sicilia, à multis Trinacria dicitur, quòd tribus promontoriis
- Sicilia, à Siculo Neptuni filio dicta. (cingatur.)
- Sicilia, principio Cycloperum patria fuit. *Virg.* (*Diod.*)
- Sicilia, optima insula, antiquitate rerum cæteras antecellit.
- Sicilia, quondam agro Brutio cohærens, mons interfuso mari avulsa est. *Plin.* lib. 3. cap. 8.
- Sicelis, idis, forma Græca, à Sicilia fit. *Virg.* *Sicelides Musæ paulò majora canamus.*
- Siciliensis, qui alibi ortus in Sicilia versatur. *Cic.*
- Sicilisso, as, Sicula lingua loqui. *Plaut.* in *Menæch.*
- Siculi, pop. sunt illius incolæ.
- Siculam mare, portio est maris Jonii. *Plin.* lib. 4.
- Siculus, a, um. *Horat.* *—siculique Poëtæ Narrabo interitum.*
- Sicinnius Dentatus, strenuus bellator, qui *Achilles Romanus* appellatus est ob fortitudinem. *Plin.* lib. 7. cap. 38.
- Sicium, opp. est Syphiniz insulæ. *Ptol.*
- Siconii, pop. sunt Alpini in Liguria. *Strab.* lib. 4.
- Sicor, portus est Aquitaniz Occidentalis. *Ptol.*
- Sicoris, fluv. est Hisp. citerioris. *Plin.* Vulgò *Segre.*
- Siculensii, pop. sunt Sardiniz ins. *Ptol.*
- Siculoræ, pop. sunt in Dalmatia, seu Liburnia. *Ptol.*
- Sicum, opp. est Dalmatiz. *Ptol.* Vulgò *Sebenico.*
- Sicusa, ins. est non procul ab Epheso. *Plin.* lib. 5. cap. 1.
- Sicynus, ins. est una è Sporadibus. *Plin.* lib. 4. cap. 12.
- Sicyon, opp. est Achazæ vetustissimum. *Paus.* Vulgò *Basilicata.*
- Sicyonius, a, um, res ad Sicyonem pertinens.
- Sida, vel Side, civ. in Cilicia Pamphyliz confinis. *Pomp.*
- Sidace, urbs Ryciz à Sidace Amisedori filia. *Steph.*
- Sidala, civ. est Armeniz majoris. *Ptol.*
- Sidarus, urbs, & portus: gentile Sidaruntius. *Steph.*
- Side, Pamphyliz urbs, à Side filia Mentauri, uxore Molin. *Steph.*
- Sideni, pop. sunt Germaniz Magnæ. *Ptol.* (c. 5.)
- Sidicinum Theanum, opp. est Campaniz in Italia. *Plin.* lib. 3.
- Sidicinus, a, um. *Sil.* *Sidicinaque bella remorum.*
- Sidon, opp. est Syriz Phœnices.
- Sidonicus, a, um, res ad Sidonem pertinens. *Sol.* *Leges pleraque Sidonica instituta.*
- Sidonis, idos. *Ovid.* *Sidonis inque pyra facti sub imagine facti.*
- Sidonius, a, um, ut vestis Sidonia, id est, purpurea.
- Sidones, pop. sunt Thraciz propè Hebrum. *Plin.* *Sidoni dicti.*
- Sidones, pop. sunt Germaniz Magnæ. *Ptol.*
- Sidonia, urbs Trojadis: gentile Sidonis. *Steph.*
- Sidrona, quæ aliis Stridona, opp. est Liburniz, Divi Hieronymi patria. *Ptol.* Vulgò *Sdrifia.*
- Sidusa, insula est propè Chion contra Ephesum. *Plin.* lib. 5.
- Sidima, civ. est Lyciz, à Sidimo quodam. *Steph.*
- Siga opp. est Mauritaniz Cæsariensis. *Ptol.* Alio nomine *Sigapolis.* Vulgò *Guardia.* (zari.)
- Sigæum, prom. est in Asia propriè dicta. *Ptol.* Vulgò *Janiz-*
- Sigæus, a, um. *Virg.* *Sigæa igni freta lata relucent.*
- Sigæus, a, um. *Ovid.* *Sigæa torvo Littora prospexit, &*
- Sigalion, simulacrum, quod *Harpocrates* alio nomine dicitur.
- Siganeum, opp. est Colchidis. *Ptol.* Melius *Giganeum.*
- Sigathus urbs Libyæ: civis Sigathæus. *Steph.*
- Sigillaria, vicus Romæ, ubi sigilla vendebantur. *Cel.* lib. 5.
- Sigindunum, opp. est Mysiz superioris. *Ptol.*
- Sigius, mons est Provinciz Narbonensis. *Strab.* lib. 9.
- Signani, pop. sunt Galliz Aquitanicæ. *Plin.* lib. 4. (*Sena.*)
- Signia, civ. est Campaniz in Italia in Lepino monte. Vulgò
- Signini, pop. sunt Italiz, à Signia dicti. *Plin.*
- Signinus, a, um, à Signia: undè signinum opus, vinus, pyrum.
- Signinum opus, quod contractis testis addita calce conficie-
- Signinum vinum, quod circa Signiam crescit. (batur.)
- Signinum pyrum. *Juvenal.* *Signinum, situmque pyrum.*
- Signinum, in hac significatione, *Ulp.* lib. 1. ff. *de Rivis;* pro quo *signum* mendosè legit *Albericus.*
- Sigua, civ. est Armeniz Majoris. *Ptol.*
- Sigulones, pop. sunt Germaniz Magnæ. *Ptol.*
- Sigurra, civ. est Ilercaonum in Hisp. *Ptol.*
- Silanius, mons est Hyberniz ins. altissimus.
- Silanius, à Silanio Rege in vertice ejus sepulto dictus.
- Silarius, sive Silaris, fluv. est Lucanorum in Italia. Vulgò *Seli en Basilicata.* (tensi. *Her.* lib. 4.)
- Silphii, pop. Libyci ab isn. Plateæ, usque ad os Syrtium pro-
- Silvani, pop. sunt conventus Apamiz. *Plin.* lib. 5. cap. 29.
- Silverius, Pontifex Romanus, anno 536.
- Silvester, Pontifex Romanus, anno 314.
- Silvester II. Pontifex Romanus, anno 999.
- Silvini, pop. sunt Hirpinorum in Italia. *Plin.* lib. 3.
- Silvium, civ. est Phrygiz Magnæ. *Ptol.*
- Silea, civ. est Mauritaniz Tingitanæ. *Ptol.*
- Silenus, Bacchi nutritius fuit & pedagogus. *Virg.*
- Siler, fluv. Picentinorum juxta Salernum decurrens. *Lucan.*
- Sileum, civ. est Arabiz Fœlicis. *Ptol.*
- Sileum quoque ponitur in Thracia. *Herod.* lib. 7.
- Silia, fons est, fluvius, sive stagnum apud Indos, in quo omnia merguntur, & nihil annatat. *Strab.*
- Silica, civ. est Libyæ interioris. *Ptol.*
- Silingi, sive Selengi, pop. sunt Germaniz Magnæ.
- Silis, fluv. est Venetiz ex montibus Taurisanis fluens. *Plin.* lib. 3. cap. 18.
- Sillura, ins. est in Oceano Britannico. *Solin.* cap. 35.
- Silon, ins. est Indiæ, in qua arbor numquam foliis nudatus. *Aug. de Civ. Dei,* lib. 12.
- Silos, urbs Joniz juxta Smyrnam. *Steph.*
- Silvium, opp. est in Italia. *Strab.*
- Silures, pop. sunt in Britannia. *Ptol.*
- Silvum, opp. est Pamphyliz Mediterraneum. *Ptol.*
- Silvum, opp. est Italiz antiquum. *Dionys.* (minans.)
- Silys, alio nomine Tanais, fluv. est Asiam ab Europa descri-
- Simbruina stagna, locus est apud *Cornelium Tacit.* lib. 4.
- Simethis, Nympha, ex qua *Faunus Acin* suscepit. *Ovid.*
- Simetus, Siciliz fluvius, non procul à Catanensi urbe. *Steph.*
- Simiz, Æthiopes sunt, qui cognominantur *Struthiophagi.*
- Simichidas, pastor, quem *Theocrii* enarratores dicunt ipsius patrem fuisse.



- Simix, ins. sunt in mari Rhodiaco. *Strab. & Herod. Vulgò Le Simic.*
- Simmias, Philosophus Thebanus, cujus 23. dialogos ordine commemorat *Diog. Laert.*
- Simoesius, vir Trojanus, apud ripas fluvii Simoentis natus, ab Adjace Telamonio interfectus. *Hom.*
- Simois, entis, fluv. Trojanus, qui ex Ida monte defluit.
- Simon, viri nomen Græcis, Hebræis, & Latinis pariter commune.
- Simon, Atheniensis Philosophus, ac Socratis discipulus, scripsit dialogos 34. *Suid.*
- Simon Magnesius, musicus egregius, de quo *Strab. lib. 14.*
- Simon Constantinopolitanus, ludi magister, composuit Græcè Metaphrastas, id est, *Sanctorum vitas.*
- Simon Magus, caput & auctor totius hæreseos. *Vol.*
- Simon Tridentinus, puer à Judæis cruci affixus. *Vol.*
- Simonides Ceus, Poëta medicus, de quo *Cic. in Orat.*
- Simonides alius, Poëta Jambicus. *Quint. lib. 10. cap. 1.*
- Simonides Magnes, Poëta Anthiochi tempore. *Suid.*
- Simora, opp. est Syriæ Cœles, id est curvæ. *Ptol.*
- Simplicius, Pontifex Romanus, ann. 467.
- Sina, urbs Mesopotamiæ.
- Sina, mons quoque est in Arabia Petræa. *Ptol.*
- Sinaca, civ. Asiatica ad Cariz fines. *Strab. lib. 11.*
- Sinanus, Episcopus sanctitate insignis, filius Regis Hyberniz.
- Sinapodes, pop. fuerunt in desertis Africæ. *Pomp.*
- Sinarum, regio est Sericæ contermina. *Plin.*
- Sineus, opp. est ad montem Atho. *Herod. lib. 7.*
- Sinklarus, arx in Cyrrho oppido Syriæ. *Steph.*
- Sindiz, pop. sunt Scythiz, vel Sarmatiz. *Strab. lib. 2.*
- Sindia, urbs Lyciz: gentile Sindii. *Steph.*
- Sindones, pop. sunt Septentrionales. *Strab. lib. 5.*
- Singa, mons Syriæ. *Ptol.*
- Singaras, mons est Mesopotamiæ. *Ptol.*
- Singilia, opp. est Bæticæ Provinciæ. *Plin. lib. 3. (genil.)*
- Singilis, fluv. est in eadem Bætica. *Plin. lib. 5. Vulg. Guada-*
- Singona, opp. in Germania. *Ptol.*
- Singrium, promont. est Lesbi ins. *Ptol.*
- Singus, opp. est Macedoniæ in sinu Singitico.
- Sinna, nomen duarum civitatum in Mesopotamia. *Ptol.*
- Sinnanus, opp. est Phrygiæ *Her. in Plin. (Cambrensis.)*
- Sinnenus, fluv. Momontarum, totius Hyberniz maximus.
- Sinon, insignis proditor apud *Virg. lib. 2. Æneid.*
- Sinon alius, filius fuit Sisyphi, neposque Autolyçi furis. *Virg.*
- Sinonia, ins. est in mari Tusco. *Plin. lib. 3. cap. 6.*
- Sinope, nomen proprium Regis Numidarum.
- Sinope, opp. in Galatia regione. *Ptol.*
- Sinope, Asopi filia, quam Apollo raptam in Pontum traduxit, & ex ea genuit Syrum, undè Syri appellati sunt.
- Sinope, urbs Ponti, Cynici Diogenis patria. *Strab. lib. 12.*
- Sinopensis, e. Livius. *Querentium Rhodiorum de sinopensium fraude, &c.*
- Sinopeus, a, um, à Sinope. *Ovid. Cynicus procul esse Sinopeus.*
- Sinopicus, a, um, ut Sinopica rubrica. *Strab. lib. 2.*
- Sinsii, pop. sunt Dalmatiz. *Ptol.*
- Sintica, regio est Macedoniæ. *Ptol.*
- Sintie, urbs Macedo, juxta Thraciam: incolæ Sintii. *Steph.*
- Sintorum, castellum est Armeniz à Galatis conditum: gentile Sinthæus. *Steph.*
- Sinuessi, opp. est Italiæ in fine novi Latii. *La qual algunos congeturan haber sido donde hoy hallamos à Monte Dragón.*
- Sinuessanus, a, um. *Horat. Inter Minturnas Sinuessanumque petrinum.*
- Sinus magnus, in India est, quem hodie vocant *Mar de Sur.*
- Sinuito, civ. est Armeniz minoris. *Ptol.*
- Sioda, civ. est Albaniz regionis.
- Sionia, urbs est Sontica: gentile Sonites *Steph.*
- Siparuntum, civ. est Dalmatiz. *Ptol.*
- Siphe, navale Thespiacæ: gentile Sipheus. *Steph.*
- Siphnus, ins. una ex Cycladibus in Ægeo. *Plin. Vulgò Siphano.*
- Sipontum, urbs Apuliz juxta Garganum montem. *Vulg. Si-*
- ponto: quæ & Sepius, untis, dicta est.*
- Sipontinus, & Sepiuntinus, a, um, à Siponto, & Sepiunte.
- Siphara, civ. est Mesopotamiæ ad Euphratem. *Ptol.*
- Sipisus, opp. est in Jonia regione. *Plin. lib. 5. cap. 29.*
- Sipylus, Phrygiæ urbs, quæ regnante Tantalo, terremotu concidit. *Strab.*
- Sypilejus, a, um, ut Genitrix sypileja, id est, Niobe.
- Sira, filia Regis Hyberniz, incredibili sanctitate, & soror S. Flacii, Martyr Angliz.
- Siracii, eorum, pop. sunt propè Caucasum montem. *Strab. lib. 11.*
- Sirangæ, pop. sunt Libyæ interioris. *Ptol.*
- Sirbi, pop. sunt Sarmatiz Asiaticæ. *Ptol.*
- Sirbonis, idis, Païæstinæ lacus est. *Plin. lib. 5. cap. 13.*
- Sirenes, filiz sunt Acheloi & Calliopes Nymphæ.
- Sirenum nomina sunt Parthenope, Ligia, & Leucosia.
- Sirenum ins. est in mari Tusco, adjacens Italiæ.
- Sirenussæ, insulæ tres contra Lucaniæ promontorium.
- Sirenussæ dictæ, quia in eis Sirenes habitaverunt.
- Sires, pop. Thraciz supra Byzantios. *Steph.*
- Sirie, es, ins. est propè Ortigiam *Hom. Odiss.*
- Siris, ab Æthiopibus dicitur Nilus.
- Siris, fluv. est Libiz propè ins. Phaselussas. *Steph.*
- Siris, urbs Italiæ juxta Metapontum. *Steph.*
- Siritæ, magnæ Græciæ populi, Siridis urbis incolæ. *Calius.*
- Sirius, stella perniciosus in ore Canis majoris.
- Sirmium, opp. est Pannoniz inferioris. *Ptol. Vulgò Simach.*
- Sirnides, ins. sunt propè Cretam. *Plin. lib. 4. cap. 12.*
- Sirra, Thraciz oppidum, apud Theopompum: gentile Sirrhæus. *Steph.*
- Sirtibes, pop. sunt Æthiopæ sub Ægypto. *Ptol.*
- Sisamus, urbs Paphlagoniz. *Hom. 2. Iliad.*
- Sisapo, nis, opp. est Bæturiz in Bætica. *Plin. undè*
- Sisaponensis. e. *Plin. Celieberrimum ex Sisaponensi regione Bæticæ minium eruitur.*
- Sisapo, sive Sisapona, alterum opp. est in Hisp. Fortè *Zamora.*
- Sisara, palus est in Africa propria. *Ptol.*
- Sisaraca, civ. est Murbogorum in Hisp. *Ptol.*
- Sisarus, fluv. est Mauritaniæ Cæsariensis. *Ptol.*
- Siscia, civ. est Pannoniz superioris. *Ptol.*
- Sisigambis, uxor fuit Darii Persarum Regis. *Quint. Curt. (Steph.)*
- Sisigyllis, urbs magna propè Celticam: gentile Sisigyllites.
- Sisolenses, pop. dicti ab opp. Latii, quod interiit. *Plin.*
- Sisopa, opp. est Pannoniz superioris. *Ptol.*
- Sisinnius, Pontifex Roman. anno 708.
- Sisyphus, Æoli filius ob latrocinia à Theseo interfectus. *Ovid. lib. 13. Metam.*
- Sisyphus, alius, Corinthiorum Rex, cui Merope Atlantis filia nupsit. *Ovid.*
- Sisyrba, pars Ephesi, à Sisyrbæ Amazone dicta. *Steph.*
- Sitacena, regio est in Assyria. *Ptol.*
- Sitaphius, campus est in Attica propria. *Ptol.*
- Sitheni, pop. sunt juxta mare Rubrum. *Steph.*
- Sithon, mons Thraciz, à quo Thracia dicta Sithonia.
- Sithonia, regio littoralis Thraciz ad sinum Thermæum. *Her. lib. 3.*
- Sitonii, pop. sunt Thraciz. *Plin. lib. 4. cap. 11.*
- Sithonius, a, um, & Sithonis, idis, à Sithonia dicitur.
- Sitia, opp. est Bæticæ. *Plin. lib. 3. cap. 1.*
- Sitici, pop. sunt Mauritaniæ Cæsariensis. *Ptol.*
- Sitionta, civ. est in Mysia inferiori. *Ptol.*
- Sittaca, civ. est in Assyria regione. *Ptol.*
- Situa, civ. est Paphlagoniz. *Ptol.*
- Siva, civ. est Cappadociæ. *Ptol.*
- Sivata, civ. est Prosellemnitarum, vel Pirenorum in Galatia.
- Siverta, civ. est Britanniz.
- Siuph, urbs Ægypti, patria Amasis Regis. *Her. lib. 2.*
- Siur, portus est Numidiz in Africa propria. *Ptol.*
- Sizara, Syriæ urbs, aliàs Larissa dicta. *Steph.*



Slania, territorium Medix in Hybernia.  
 Slanius, Euvius Lagenix in Hybernia, alio nomine Bubinda.  
 Slanius, unus ex Hybernix Regibus.  
 Slanius, mons Medix in Hybernia, à Slanio Rege ibi sepulto  
 dictus. *Ocabasa vindicat.* 1. cap. 4.  
 Sligagia, opp. maritimum Conacix in Hybernia, ac caput  
 Comitatus.

## S A N T E M.

Smaragdus, mons est in finibus Ægypti. *Ptol.*  
 Smerdis, fuit Cambysæ Persarum Regis frater.  
 Smilax, puellæ nomen, in herbam sui nominis mutata. *Ovid.*  
 Sminthe, urbs Trojæ: gentile Smintheus. *Steph.*  
 Smintheus, nomen quo Apollo vocitatus est.  
 Smyola, civ. est in Crææa regione. *Herod.* lib. 7.  
 Smyraleo, quæ Cæsarea, civ. est Bythinix. *Ptol.*  
 Smyrna, opp. est Jonix in Asia minori. *Strab.* lib. 14. Vulgò  
*Smyrna.* (Vulgò *Foglie.*)  
 Smyrna Thrachea, dicta est priùs, quæ postea Ephesus.  
 Smyrna, dicta est Lycia, cognominata Myrtha Græcè.  
 Smyrna, à Colophonis condita est. *Solin.* (nores.)  
 Smyrnæus, a, um. *Luc. Quantum Smyrnai durabunt vitis bo-*  
 Smyrnæus conventus, à Smyrna cognominatus.  
 Smyrnophera, regio in Arabia Fœlici. *Ptol.*  
 Smyrnophera, regio est in Æthiopia sub Ægypto. *Ptol.*

## S A N T E O.

Soaca, civ. est in Arabia Fœlici. *Ptol.*  
 Soam, nomen viri. 1. *Paral.* 24.  
 Soana, fluv. est Sarmatix Asiaticæ. *Ptol.*  
 Soana, cujusdam fluvii ostia in Taprobana ins. *Ptol.* lib. 11.  
 Soandus, locus est in Cappadocia. *Strab.* lib. 14.  
 Soanes, pop. Asiæ extrema Caucasi obtinentes. *Strab.* lib. 11.  
 Soba, nomen loci. 1. *Reg.* 14. 2. *Reg.* 8. 1. *Paralip.* 18.  
 Sobab, filius David. 2. *Reg.* 51. *Paralip.* 2. filius Caleb ex  
 Azuba prima uxore. 1. *Paralip.* 14.  
 Sobach, magister militix Adarezer Regis. 2. *Reg.* 10.  
 Sobolate, Sabæorum civitas est ad mare Rubrum, includens  
 suis muris templa sexaginta. *Plin.* lib. 6. cap. 29.  
 Socion, Philosophus Peripateticus, genere Hispanus. *Gellius.*  
 Socossi, pop. sunt Mauritanix Tingitanæ, melius Cocosii.  
 Socrates, Philosophus Atheniensis, unus omnium sapientis-  
 simus judicatus, primus de moribus disseruit.  
 Socratici, diversi Philosophi è Socratis schola proseminati:  
 undè  
 Socrates, meritò fons Philosophorum appellatus est.  
 Socrates alius, pictor fuit. *Plin.* lib. 35. c. 4. (historiam.)  
 Socrates Constantinopolitanus, qui Ecclesiasticam scripsit  
 Socraticus, a, um, qui Socratem imitatur.  
 Socus, vir Trojanus, Hippasi filius, animo generosus. *Hom.*  
 Sodoma, æ, vel orum, opp. fuit Palæstinæ Judææ.  
 Sodomitæ, dicti fuerunt Sodomorum incolæ.  
 Seducena, regio est Armenix majoris. *Ptol.*  
 Sogdiana, Provincia Asiæ, Sacis, & Baçtris contermina.  
 Sogdiani, pop. sunt Sogdianæ regionis.  
 Sogocara, civ. est Armenix minoris. *Ptol.*  
 Sogostodes, civ. est in Macedonix regione. *Plin.*  
 Solca, civ. est Armenix majoris. *Ptol.*  
 Solci, pop. sunt Sardinix ins. *Ptol.*  
 Solcitani, pop. sunt Sardinix ins. *Ptol.*  
 Soli, orum, civ. est Cypri ins. *Ptol.*  
 Soleus, a, um, à Solis urbe. *Varr.* 1. *de Re Rust. Diotoleus.*  
 Soli, pop. sunt in Cypro ins. *Strab.* lib. 14.  
 Soli, opp. est Ciliciæ regionis. *Ptol.*  
 Solensis, e, id est ad Solos civitates pertinens.  
 Solimna, urbs Indiæ: gentile Solimneus. *Steph.*  
 Solinates, sive Felignates, pop. Umbriz, qui interierunt. *Plin.*  
 Solis fons ponitur in Ægypto. *Ptol.*  
 Solis ins. in mari Jonico est, semper rubens. *Solin.*  
 Solis mensa, Æthiopiæ locus, apparatus epulis semper refer-  
 tus. *Pomp.*  
 Solis mensa, adagium de opulentorum hominum domibus,  
 omni rerum copia ubertim affluenibus. *Cal. Rhod.* lib. 16.

Solis mons in Mauritania Tingitana. *Ptol.* Fortè *Calo de Bo-*  
*jador, frontero de las Canarias.*  
 Solis ostia, loca Indiæ ob æstum intolerabilem sic dicta. *Pomp.*  
 in Descriptione Indiæ.  
 Solis sacra, promont. est Arabix Fœlicis. *Ptol.*  
 Solium, Corinthi oppidum: gentile Solinus. *Steph.*  
 Solæ, opp. est Ciliciæ, idem quod Soli, orum, & Pompe-  
 jopolis, à Pompejo appellata.  
 Solæcissare, dicti sunt Athenienses, quos isthuc Solon in-  
 duxerat, cum ab Atticæ linguæ puritate descicerent.  
 Solæntia, promont. est Libyæ interioris. *Ptol.*  
 Solon, unus fuit ex septem Græciæ sapientibus. *Gel.*  
 Solyma, æ, vel Solyma, orum, urbs Judææ, seu Palæstinæ,  
 quæ post addito templo, Hierosolyma dicta est.  
 Solymi, pop. juxta Lyciam, quos *Homer.* pugnacissimos  
 fuisse scribit, & à Bellerophonte devictos.  
 Solymi, pop. fuerunt Asiæ, qui perierunt. *Plin.*  
 Sontiates, pop. sunt in Aquitania. *Cæs.* lib. 3. *de Bello Gallico.*  
 Sontini, pop. sunt Lucaniæ in Italia. *Plin.* lib. 3.  
 Sontionii, pop. sunt Alpini. *Plin.* lib. 3. cap. 20.  
 Sontius, fluv. Carnorum in Italia. Vulgò *Lisonzo.* (vit.)  
 Sophaci, appellati sunt Afri, à Sophono, qui in Africa regna-  
 Sophæna, regio est Armenix majoris. *Ptol.*  
 Sophæna, regio Tauro monti est finitima. *Plin.* lib. 5. cap. 12.  
 Sophilus, Sicyonius vel Thebanus Comicus. *Athen.*  
 Sophocles, Atheniensis Poëta tragicus, Sophili filius.  
 Sophoclem, ex insperato gaudio ob victoriam ex Tragædia  
 quadam repente obiisse, *Valerius* auctor est. (dicit *Suid.*)  
 Sophocles, superioris nepos, Poëta Tragicus, docuit fabulas 40.  
 Sophocles alius, dux Atheniensium Solstratidæ filius. *Thucyd.*  
 Sophocles, Grammaticus, minor appellatus enarravit Lico-  
 phronem Apollonium, aliosque poëtas.  
 Sophocleus, a, um. *Cicer.* An pangis aliquid Sophocleum?  
 Sophron, Syracusanus. Xerxis & Euripidis tempore, scripsit  
 mimos viriles, & mimos fœmineos, Dorica lingua.  
 Sophron alius, Poëta Comicus, de quo *Athenæus.*  
 Sophronia, matrona Romana, *Lucretia Christiana* dicta, de  
 qua vidè *Eusebium* in Historia Ecclesiastica.  
 Sopra, civ. est in Persidis regione. *Ptol.*  
 Sora, civ. & colonia Volcorum in Campania. *Plin.* lib. 3. c. 5.  
 Sora, civ. est Arabix desertæ ad Mesopotamiam. *Ptol.*  
 Soraçte, mons est in Phaliscis, non procul ab urbe Roma.  
 Vulgò *Monte de San Sylvestre.*  
 Soraçtinus, a, um, à Soraçte. *Vitruv.* lib. 2. cap. 7.  
 Sorbona. *Un Colegio de Paris, llamado asi por su Fundador*  
*Roberto Sorbon.* Unde Sorbonensis Actus. *Un acto que alli se*  
 Sorei, pop. sunt Mauritanix Cæsariensis. *Ptol.* (hæc.)  
 Sorani, pop. sunt in Campania, à Dite dicti; nam Ditis pa-  
 ter Soranus appellatur.  
 Soranus, Ephesius medicus, Adriani & Trajani temporibus,  
*Suid.*  
 Soritæ, pop. sunt Ichthyophagi quos *Plinius* Oritas vocat.  
 Sornum, opp. est in Dacia. *Ptol.*  
 Soroba, civ. est Cappadociæ. *Ptol.*  
 Sorobis, fluv. est Hispaniæ citerioris. *Ptol.*  
 Soruga, civ. est Pannoniæ superioris. *Ptol.*  
 Soruim Truxillum, locus erat sacer in honorem Junonis. *Fest.*  
 Sorthida, civ. est Babylonix regionis. *Ptol.*  
 Sosandra, ins. juxta Cretam: insularis Sosandrius. *Steph.*  
 Sosia, nomen viri proprium apud Comicos.  
 Sosibius, Grammaticus Laconus, cujus meminit *Suidas.*  
 Sosii, Bibliopolæ olim erant celeberrimi. *Horat de Arte.*  
 Sosipatra, Libyca fœmina ac vates notissima, uxor *Ædesii*  
 sophistæ.  
 Sosippi, portus est in Arabia Fœlici. *Ptol.*  
 Sositheus, Syracusanus fuit, æmulus Homeri Tragici. *Ovid.*  
 Sossinates, pop. Sardinix. *Strab.*  
 Sossius, fluv. est in Sicilia ins. *Ptol.*  
 Sostenis, idis, civ. est Tnessalorum in Macedonia. *Ptol.*  
 Sostratus, vir fuit Ægineta Laodomantis filius.  
 Sostratus, Architectus, qui turrim excitavit in Pharao insula,



- eique nomen suum inscripsit. *Strab.* lib. 7.
- Sostratus, sculptor, qui ex ære signa faciebat. *Plin.*
- Sostratus, Cereris sacerdos apud *Corn. Tacit.*
- Sostratus, vates qui per satorem multa Græcis prædixit. *Her.*
- Sostratus, Sicyonius, cognomento Actocheersites. *Paus.*
- Sotades, Maronites Poëta, scripsit Iamborum libros, quos Ciazdos appellavit. *Suidas.*
- Sotades, comicus Atheniensis mediæ Comœdiæ. *Suid.*
- Sotades, Philosophus, scripsit de mysteriis librum unum. *Suid.*
- Soter, Pontifex Romanus, anno 173.
- Soterichus, versificator sub Diocletiano. *Suid.*
- Soteridas, Epidaurus, scripsit de musica libros tres. *Diomy.*
- Soticensa, dicta est Juno ab antiquis quasi salutaris, & sospitatrix: Græcis Sotiria.
- Sotira, urbs Arienorum: gentile Sotireneus. *Steph.*
- Sozusa, tres urbes, Phœnicæ, Pisidiæ, & Æthiopiæ. *Steph.*
- S ANTE P.
- Spaco, nutrix fuit Cyri Regis. *Herod.* lib. 1.
- Spada, vicus Persicus, in quo primum Eunuchi facti sunt, qui inde Spadi nominantur. *Steph.*
- Spalathra, opp. est Manesiæ regionis. *Plin.* lib. 9. cap. 9.
- Spargapises, filius fuit Tomyridis Masagetarum Regiæ, qui captus à Cyro, seipsum interfecit.
- Sparta, lacus in Atropatia regione, in quo Sales congelantur.
- Sparta, æ, urbs Laconicæ, eadem quæ Lacedæmon. Vulgò Mizitra.
- Sparta, dicta à Sparto Phoronei filio, qui eam condidit.
- Spartanus, a, um. *Virg.* & *Virginis arma Spartana.*
- Spartacus, famosus gladiator Thrax fuit, à M. Crasso in prælio occisus. *Luc.* *Caura cades, quæ Spartacus ostis.*
- Spartiacus, a, um, à Sparta. *Plut.* *Narrabo tibi res Spartiacas.*
- Spartiatæ, æ. *Cic.* in *Tusc.* *State dicit Spartiatæ.*
- Spartiatæ, legitur in libris Machabæorum, Romanis fuisse confederatos.
- Spartarius, campus est in Hisp. Tarraconensi. *Steph.*
- Spartion, prom. est Sithonice in Thracia. *Steph.*
- Spartosus, urbs Mædonicæ: gentile Spartosius. *Steph.*
- Spaton, frater Phoronei, filiam habuit Mycenam. *Steph.*
- Specea, ins. prius dicta, quæ postea Cyprus. Vulgò Chipre.
- Spedon, civ. est Bœotice. *Strab.*
- Spelæti, Hercules, Mercurius, & Apollo nominantur, quod eorum simulacrâ alicubi in speluncis colantur. *Steph.*
- Sperchea, civ. est Phthiotidis in Macedonia. *Ptol.* Vulgò Pitilo.
- Sperchius, fluv. est Thessalicæ ortus in jugis Pelii montis. Vulgò *Agrimelas.*
- Sperchionides, pen. cor. patronymicum masculinum. *Ovid.* *Caucasumque Avarim, Sperchionidemque Lycaum.*
- Sperchiades, adis, patron. form. *Ovid.* *Æstuat Apeus, ripæ Sperchiades ardent.*
- Speusippus, Philosophus Atheniensis, Platonis ex sorore nepos, octo annis scholæ Platonice præfuit.
- Sphaæria, quæ & Sphagia, ins. est Messenicæ adjacens, ante Pylon urbem. *Strab.* 1.8. & *Plin.* 1.4. c. 12. Vulgò *Sapiencia.*
- Sphagus, promont. Scythicæ. *Steph.*
- Sphenicuneus, locus juxta Sacrum promontorium.
- Sphettus, locus est in Attica. *Strab.*
- Sphinx, monstrum apud Thebas, cujus caput & manus puellæ, corpus canis, alæ avis, vox hominis, unguis leonis, cauda Cætræonis similitudinem referebant. *Plin.* lib. 8. cap. 21.
- Spina, opp. fuit juxta Padi ostium. *Plin.* lib. 3. cap. 16.
- Spineticum, dictum est Padi fluminis ostium. *Plin.* *ibidem.* Vulgò *Pruntaro.*
- Spintharus, nobilis Architectus Corinthius. *Pausan.*
- Spio, Nympha sic dicta à speluncis, in quibus Nymphæ habitare dicuntur. *Boccac.* lib. 7. cap. 14.
- Spireostoma, ostium est upum Istri fluminis.
- Spiretum, idem ostium dicitur, quod supra spineticum. *Cat.*
- Splendophorus: nomen ex Græco & Latino, quasi splendorem.
- Spoletinum, opp. est Turdetanorum, in Hisp. *Ptol.* (*ferens.*)
- Spolegium, civ. est Umbrorum in Italia. *Ptol.* Vulgò *Esposito.*
- Spoletini, pop. sunt à *Spontio* dicti. *Arctio* *Arctinus* Spoletinus Ducatus nunc dicitur, non Spoletanus; sicut ab Sporades, ins. sunt circa Cretam post Cycladas. *Steph.*
- Sporades dictæ, quod in mari sparsæ sint.
- Sporgilius, vicus Artice unde Sporgilius. *Steph.*
- Spunda, civ. est Babylonice. *Ptol.* Melius Gundâ.
- Spunda, Dux Regis Parthorum, qui Crassum interemit.
- Spirina, Mathematicus, ac vates fuit, qui Cæsari prædixit, ut *Martias* *caveret Ilius*, *Surt.*
- Spurina, adolescens egregia forma, qui se sponte dehonestavit. *Val.* *de Verecundia.*
- Spurius, inter prænomina antiquorum, duabus litteris notatur S. P. quasi *sine patre.*
- S ANTE Q.
- Squinicii, Italiæ populi erant, quos *Plin.* lib. 3. cap. 12. Sabellos & Samnites vocat.
- S ANTE T.
- Staberis, fluv. est in ora Contestanorum in Hisp. Vulgò *Segura.*
- Stabiz, arum, locus fuit in agro Campano. *Plin.* lib. 3. Vulgò *Casteldumare.*
- Stabianus, a, um, res ad Stabias pertinens.
- Stabulum, opp. est Theutranicæ. *Plin.* lib. 5. cap. 30.
- Stacheræ, pop. sunt Libyæ interioris. *Ptol.*
- Stadia, cognomine Pegusa, civ. est Caricæ. *Plin.* lib. 5.
- Stadia prius dicta, quæ postea Rhodus. *Strab.* lib. 14.
- Stæi, pop. sunt Liburnicæ. *Plin.* lib. 3. cap. 12.
- Stagira, urbs Mædonica, Aristotelis Sagiritæ patria. *Steph.*
- Stamene, urbs Chalybum: gentile Stamenus. *Steph.*
- Staon, fluv. est Mediæ. *Ptol.*
- Staphylus, Sibihi filius, primus vinum aqua miscere docuit. *Plin.* lib. 7. cap. 56.
- Starcaterus, Rex Danorum, vir immensæ fortitudinis. *Saxo Grammaticus*, lib. 8.
- Staseus, Neapolitanus, Philosophus Platonicus. *Cic.*
- Stasis, urbs Persica: gentile Stasites. *Steph.*
- Statinæ, arum, ins. sunt in sinu Campano, terremotu enatæ. *Plin.* lib. 2. cap. 88. & *Stattus.* *Ænariæque lacus medios Statinasque renatas.*
- Statinus, & Statanus, dii præsides puerilitatis, cum stare incipiunt pueri. *Varro*, & *Nonius.*
- Stattus, Poëta Comicus fuit, qui Cælius dictus.
- Stattus appellatus, quoniam servus fuit: hoc enim servile nomen est.
- Stattus alius, cognomento Papinius, illustris Poëta Neapolitanus fuit Domitiani temporibus, qui herico carmine multa conscripsit.
- Statonia, opp. est Hetruricæ. *Strab.* Indè Statones.
- Stator, Juppiter dictus, qui stare animo facit, ut cum Romanos, in fugam à Samnitibus versos, stare fecit.
- Statyelli, pop. sunt Liguricæ circa Alpes. *Plin.* lib. 3.
- Statyllæ aquæ, in via quæ ab oppido Genue ducit Placentiam.
- Stavani, pop. sunt Sarmaticæ in Europa. *Ptol.*
- Stagnatia, civ. est in Italia. *Strab.* lib. 9.
- Stele, urbs Crete juxta Patesum, & Rhythimne. *Steph.*
- Stelenus, Rex fuit Argivorum, quem Danaus Regno pepulit, & ipsum Regnum ad se pertraxit. (*Mart.*)
- Stella Aruntius, Poëta Patavinus, nobilis familia Consulari.
- Stellates, pop. sunt in Tuscia regione.
- Stellatinus, vicus Romæ est. *Fabius.*
- Stenio, una fuit Gorgonum. Vide Sthenyo. (sunt.)
- Stentor, unus ex ducibus Græcorum, qui ad Trojam profecti Stentoris tantus erat sonitus, quantus aliorum quinquaginta. *Hom.* lib. 5. *Iliad.*
- Stentore clamosus, proverbium est: vide *Erasm.* in *Proo.*
- Stentoreus, a, um, adjectivum, ut vox Stentorea.
- Stentoris portus, in Thracia est. *Plin.* lib. 4. cap. 11.
- Stenyclerus, urbs Messenicæ: gentile Stenyclerius. *Steph.*
- Stephane, civ. est in Italia. *Plin.* lib. 3. cap. 3.
- Stephane, mons est Phthioidis regionis. *Plin.* lib. 4. cap. 8.
- Stephane, prius dicta, quæ postea Samos. *Plin.* Vulgò *Samo.*
- Stephane, urbs Phocidis: gentile Stephanus. *Steph.*
- Stephanis, urbs Mariandynorum: gentile Stephanites. *Steph.*



Stephanus, Pontifex Romanus, anno 253.  
 Stephanus II. Pont. Rom. anno 752.  
 Stephanus III. Pont. Rom. anno 752.  
 Stephanus IV. Pont. Rom. anno 768.  
 Stephanus V. Pont. Rom. anno 816.  
 Stephanus VI. Pont. Rom. anno 885.  
 Stephanus VII. Pont. Rom. anno 896.  
 Stephanus VIII. Pont. Rom. anno 929.  
 Stephanus IX. Pont. Rom. anno 939.  
 Stephanus X. Pont. Rom. anno 1057.  
 Stercutius, dictus est Saturnus, quod primus stercorandi  
 agri rationem invenit. *Macrob.*  
 Sterea, civ. est in Attica regione. *Strab.* lib. 9.  
 Stereontium, opp. in Germania magna. *Ptol.* Hodie Cassi-  
 lium in Hestia. Vulgò *Cassel.*  
 Steriz, Phzacum civ. est. *Hom. 5. Odiss.* (canti *Virg.*  
 Steropes à fulgetra nomen habens, unus fuit ex famulis Vul-  
 stesicorus, Poeta Lyricus, ex Hymera Siciliæ urbe. *Quint.*  
 Stesiclea, mulier admodum eleganti vultu. *Plur. in Themist.*  
 Stesimbrotus, Tarsensis historicus, scripsit res gestas Ci-  
 monis ducis Atheniensium. *Plur. in Cimone.*  
 Stesimbrotus, Epaminundæ filius, à patre interfectus fuit,  
 quod ipso inconsulto cum hostibus manum conseruisset.  
 Sthenelus, Capanei & Evadnes filius, bello Trojano, interfuit,  
*Hom. & Virg.* lib. 2. *Æneid.*  
 Sthenelus alius, Persei & Andromedæ filius. *Hom.*  
 Stheneleius, a, um. *Ovid. -proles Sthenelcis Cyenus.*  
 Stheneio, una fuit Gorgonum, Phorci filiarum.  
 Stheneboea, uxor fuit Præti Regis Argivorum.  
 Stenobæius, a, um. Sidon. *Quam si spectasset quondam Steno-  
 bæius heros.* (Laphitæ populi dicti.)  
 Stilbe, Nympha, Laphitam filium ex Apolline peperit, à quo  
 Stilico, Honorii Imperatoris socer, & Occidentis ministrator.  
 Stiliconius, a, um. *Claud. Agnoscat famulum virgo Stiliconia*  
 Stilpe, urbs Siciliæ: gentile Stilpæus. *Steph.* (Pontum.)  
 Stilpo, Megarensis Philosophus fuit tempore Ptolemæi pri-  
 mi, scripsit Dialogos 20. *Suid.*  
 Stimicon, proprium pastoris nomen apud *Virg. Eclog.*  
 Siphelus, unus ex Centauris, Ixionis & Nubis filius. *Ovid.*  
 Stiria, ins. est contra Cyprum. *Plin.* lib. 3. cap. 31.  
 Stobi, opp. est Pelagonium in Macedonia. *Ptol.*  
 Stoborum, prom. est Numidiæ in Africa. *Ptol.* (*Las Eras.*  
 Stæchades, ins. sunt tres in mari Gallico. *Plin.* lib. 3. Vulgò  
 Stoici, Philosophi appellati à *stas*, quod porticum significat,  
 quò convenire, ad disserendum solebant.  
 Stoici, Philosophi dicti sunt, qui prius Zenonii dicebantur à  
 Zenone doctore.  
 Stoicè, adverb. *Cicer. At enim agit mecum stoicè, & austerè.*  
 Stoicida, patronymic. *Juven. Trepididi Stoicida.*  
 Stoni, rum, pop. sunt Eliganeorum. *Strab.* lib. 4.  
 Stonia, civ. Ponti Galatici in Cappadocia. *Ptol.*  
 Stopelos, ins. est propè Ephesum.  
 Storas, fluv. est in Italia. *Strab.* lib. 5.  
 Strabania, opp. Ultoniæ in Hybernia, undè Comes Strabaniz.  
 Strabo, Philosophus Stoicus, ac Geographus insignis, Au-  
 gusti & Tiberii temporibus.  
 Stragona, opp. est Germaniæ. *Ptol.* Hodie Posnania.  
 Strapellini, pop. sunt Hirpinorum in Italia. *Plin.* lib. 3.  
 Stratia, urbs Arcadica, à Phane filia sic nominata. *Steph.*  
 Stratius, fuit unus ex filiis Nestoris.  
 Stratius, Jovis cognomen, qui apud Caras colebatur, quod  
 nos bellicosum interpretari possumus *Herod.* lib. 5.  
 Strato, Rex Sidonis fuit, quem uxor proprio gladio trans-  
 verberavit. *Hieronym.*  
 Straton, Lampsacenus Philosophus, Theophrasti familiaris,  
 præceptor Ptolemæi Philadelphi. *Suid.*  
 Straton alius, qui Isocratis auditor fuit. *Laërt.*  
 Straton, Medicus, qui Erasistratum audivit. *Diog.*  
 Straton alius, historicus: alius item poëta epigrammatum  
 scriptor. *Diog. Laërt.*  
 Straton alius, antiquus Medicus, ut ait *Aristoteles.*

Straton, Philosophus Peripateticus, qui vixit Alexandria.  
 Straton, rhetorices præceptor, ac Bruti familiaris. *Plur.*  
 Stratonica, opp. est Macedoniæ. *Ptol.*  
 Stratonica, opp. est Cariz conventus Alabandici, à Strato-  
 nice Antiochi uxore dictum.  
 Stratonicensis, e. *Cic. Princeps Stratonicensium erat Menippus.*  
 Stratonis turris, opp. est Palæstinæ Judææ. *Plin.* lib. 5.  
 Stratos, opp. est Acarnaniæ in Epiro. *Plin.* lib. 4. cap. 1.  
 Strenus, urbs Cretica: gentile Strenius. *Steph.*  
 Stridon, opp. est in agro Justinopolitano, à quo D. Hieronymus  
 ortum habuit. *Vulg. Sdrina.* (*Stromboli.*)  
 Strongyle, insul. in marino Siculo una Æolidum. Vulgò  
 Strongyle prius dicta, quæ postea Naxos. Vulgò *Nietia.*  
 Strongylen, à Delo 18. M. passuum separat. *Plin.* lib. 4. c. 12.  
 Strongile, opp. in eadem ins. apud *Solinum*, cap. 20.  
 Strongyle altera, ins. est in mari Lycio. *Plin.* lib. 5.  
 Strophades, insulæ duæ sunt adjacentes Peloponneso. Vulgò  
 Strophius, Rex Phocidis fuit, & pater Pyladis. (*Strovalis.*)  
 Strama, nomen viri Romani Senatoris, apud *Catullum.*  
 Struthia, opp. Phrygiæ in finibus Lycaoniæ. *Steph.*  
 Struthiophagi, Æthiopes sunt in Æthiopia Ægypti. *Ptol.*  
 Stryba, ins. Sporadum: gentile Strybæus. *Steph.*  
 Stryma, opp. est in Trasio propè Mesembriam. *Her. l. 7. Hinc*  
 Strymenus, & Strymenius, ab oppido prædicto.  
 Strymon, onis, fluv. est Macedoniam à Thracia separans.  
 Strymonius, a, um, à Strymone fluv. *Virg. Strymonia dant signa*  
 Stuinus, urbs Ligurum: cives Stuii. *Steph.* (*gruens.*)  
 Stura, fluv. est in agro Laurente in Padum defluens. *Plin.*  
 lib. 3. cap. 16. Vulgò *Stora.*  
 Sturii, pop. sunt Germaniæ. *Plin.* L. 4. c. 15. *Vulg. Los de Sta-  
 veren en Frita.* (*sternitur.*)  
 Sturiorum insula, inter Helium, ac Flevum Rheni ostia  
 Sturium, ins. in mari Gallico post Stæchades. *Plin.*  
 Surni, pop. sunt Sarmatiæ in Europa. *Ptol.*  
 Surnini, pop. sunt Calabriæ Mediterranei.  
 Sturia, fluv. est Britanniz ins. *Ptol.*  
 Styllagium, urbs Tryphiliæ: gentile Styllagius. *Steph.*  
 Stymbara, civ. quondam Græciæ non procul à Tripoli in  
 terra Jónica. *Strab.* lib. 7.  
 Stymphæi, pop. sunt Ætolorum, qui & Tymphæi.  
 Stymphalia, regio est Macedoniæ. *Ptol.*  
 Stymphalus, mons est in Peloponneso. *Ptol.*  
 Stymphalus, opp. est Arcadiæ regionis. *Ptol.*  
 Stymphalus, Arcadiæ lacus est, ex quo Erasinus fluvius  
 erupit: undè aves Stymphalides tantæ magnitudinis, ut  
 Solis radios obumbrarent, Arcadiam devastantes.  
 Stymphalius, a, um, ut monstra Stymphalia. *Catul.*  
 Styra, æ, sive Styre, es, civ. Eubœæ insulæ. *Strab.* lib. 10.  
 Styx, aqua est quædam infamis in Arcadia.  
 Styx, fons ad Nonacrim Arcadiæ exitiosus animalibus, cu-  
 jus aqua præstantissimum est venenum.  
 Styx, igis, palus quædam apud inferos ficta à Poëtis.  
 Sygis aqua, fons est in Arabia Fœlici. *Ptol.* (*tara.*)  
 Stygius, a, um. *Virg. Stygios vid:re lacus, bis nigra videre Tar-*  
 S A N T E U.

Suada persuasionis dea dicta à Romanis. *Cicer.*  
 Suagela, urbs Cariz: civis Suageleus. *Steph.*  
 Suana, opp. est Tusciæ Mediterraneum. *Ptol.*  
 Suanenses, pop. sunt in eadem Tuscia. *Plin.* lib. 3.  
 Suznetes, pop. sunt Alpium incolæ. *Plin.* lib. 4. cap. 20. *Vulgò*  
*Los de S. Windau junto à Passa en Austria.*  
 Suardeni, pop. sunt Sarmatiæ Asiaticæ. *Ptol.*  
 Subalpinus, a, um, quod est sub Alpibus; sicut Cisalpinus, &  
 Transalpinus, quod est cis, & trans Alpes. *Plin.*  
 Subasani, pop. sunt in Corsica insula. *Ptol.*  
 Subasii, pop. sunt in Germania inferiori. *Strab.* lib. 7.  
 Subcutisæ, aquæ sunt in Sabinis gelidissimæ.  
 Subi, flumen est Cossetaniæ in Hisp. *Ptol.* lib. 3.  
 Subnobis, dicta est pars in foro ædificiorum, quod vocabu-  
 lum est pervetustum. *Varr.*  
 Subocrii, pop. sunt Alpium. *Plin.* lib. 3. cap. 20.



Subrita, civ. est Cretæ Mediterranea. *Ptol.*  
 Subsolanus, ventus dicitur, qui sub Sole Oriente nasci videtur. Græcis *Apeliotes* dicitur.  
 Subula, sive Suburis flumina sunt Mauritanæ. (*in Cum.*)  
 Subveteribus, locus in urbe Roma: sicut & Subnovis. *Plaut.*  
 Subur, opp. est Mauritanæ Tingitanæ.  
 Subur, opp. est Ilergetum in Tarraconensi Hispania. *Plin.* lib. 4. cap. 3. Vulgò *Siger*: aliis *Cubelles*.  
 Suburbanus, a, um. *Virg. Nota Saburanas inter Teletusa puellas.*  
 Saburbanum, locus est Romæ. *Fab. Pictor.*  
 Suburra, vicus Romæ, à pago Succusano ei vicino dicta Succusa: & inde mutatis litteris Suburra.  
 Suburrana, regio prima Romæ fuit, authore *Varr.* de Lingua Lat. ab eo quòd fuerit sub Urbe antiqua.  
 Suburra, Quintil. cum tribus litteris notatur, Cic. tertiam os-S. V. C. Compendium Suburra designat. (*tendit.*)  
 Suburranus, a, um, ut Suburrana regio. *Perot.*  
 Suburgia, opp. est Mauritanæ Cæsariensis. *Ptol.*  
 Suburpores, pop. sunt in Libya interiori. *Ptol.*  
 Succabar, opp. est Mauritanæ Cæsariensis.  
 Succabon, opp. est Bæticæ.  
 Succasses, pop. sunt Galliz Aquitanicæ. *Plin.* lib. 4. cap. 19.  
 Succentes, pop. sunt Marsorum in Italia. *Plin.* lib. 3.  
 Succosa, civ. est Ilergetum in Hisp. *Ptol.*  
 Succuba, colonia Tingitanæ apud Mauros. *Plin.* lib. 5. cap. 2.  
 Succusæ, dictæ sunt stellæ, quæ alio nomine Hyades. *Plin.* lib. 4.  
 Succusa, à pago Succusano putatur dicta à *Varrone*.  
 Succusa, deindè mutatis litteris dicta est Suburra.  
 Succusanus, a, um, eadem ratione, idem est, quod Suburranus.  
 Succidana, civ. est in Mysia superiori. *Ptol.*  
 Suero, onis, fluv. est Hisp. citerioris. *Plin.* lib. 3. cap. 3. Vulgò *Xucar*: & opp. ejusdem nommis, quod hodie *Culera*. *Strab.* lib. 3.  
 Sucronensis, sinus in quem Suero influit.  
 Sucrona, opp. Bæticæ. *Plin.* lib. 3. cap. 1.  
 Sucubo, opp. est Hisp. *Idem ibid.*  
 Sudana, civ. est Mauritanæ Cæsariensis. *Ptol.*  
 Sudernum, civ. est Tusciæ Mediterr. *Ptol.* Vulgò *Maderno*.  
 Sudernum, pro Tadero meudosè legitur apud *Plin.* lib. 3.  
 Sudertani, pop. sunt Hetruriz. *Plin.* lib. 3. cap. 5.  
 Suleti, montes sunt in Germania magna. *Ptol.*  
 Sudidenis, civ. est Africæ inter duas Syrtis. *Ptol.*  
 Sudini, pop. sunt Germaniz magnæ. *Ptol.*  
 Suebri, pop. sunt Provinciæ Narbonensis. *Plin.* lib. 3.  
 Sueconi, pop. sunt Galliz Belgicæ. *Plin.* lib. 4.  
 Suel, urbs Hisp. apud *Melam*, lib. 2. Nunc Chiponia dicitur.  
 Sueli, pop. sunt Provinciæ Narbonensis. *Plin.* lib. 3.  
 Suelum, civ. est Hisp. Vulgò *Chipiona*.  
 Suentiz, pop. sunt in Rhætia. *Ptol.*  
 Suerdia, opp. Mediæ in Hybernia.  
 Suesia, palus in Germania. *Pomp.* lib. 3. cap. 3.  
 Suessa, colonia est Romanorum in Italia. Vulgò *Sessa*.  
 Suessanus, a, um. *Cic.* C. Nasenium municipem Suessanum.  
 Suessatani, pop. sunt Hispaniz. *Livius.*  
 Suessiones, sive Suessi, pop. sunt Galliz Belgicæ. *Plin.*  
 Suessula, civ. est in Italia. *Strab.* lib. 3. Vulgò *Sessula*, no *lexos de Napolet.*  
 Suessulani, pop. sunt à Suessula. *Plin.* lib. 3. cap. 5.  
 Suetri, pop. sunt Alpium incolæ. *Plin.* lib. 3. cap. 20.  
 Suetium, civ. est Caristorum in Hisp. *Ptol.*  
 Suevi, pop. bellicosissimi sunt Germaniz, Bavaris finitimi. Suevia dicta est eorum regio. (*pagos habuerunt.*)  
 Suevi, olim circa Albim habitaverunt, & plusquam centum  
 Suevus, fluv. Germaniz. *Ptol.* Vulgò *Sprea*.  
 Suffenates, pop. fuerunt Italiæ antiquissimi. *Plin.*  
 Suffena, civ. fuit illorum populorum. (*car vocatur.*)  
 Sugero, Hisp. fluv. apud *Melam* lib. 2. cap. 6. Nunc Vulgò *Xu-*  
 Suillates, pop. sunt Umbriæ in Italia. *Plin.* lib. 3. cap. 14.  
 Suillus, fluv. Ultoniz in Hybernia.  
 Suinum, flumen est Piceni in Præuciana regione. *Plin.* Vulgò *Salino in Abbruzzo.*

Sulchense, promont. est in Sardinia.  
 Sulchi, orum, opp. est in Sardinia ins. *Strab.*  
 Sulchitani, pop. sunt ejusdem Sardiniz. *Plin.* lib. 4. cap. 2.  
 Sulgas, fluv. est Provinciæ Narbonensis. *Strab.* lib. 4.  
 Sulmo, onis opp. est Latii, quod interiit, *Ovidii* patria, ut ipse ait, 4. *Trist.* *Plin.* lib. 3.  
 Sulmo, à Solymo Æneæ comite conditum fuit. *Ovid.* 4. *Fast.*  
 Sulmonensis, e, à Sulmone. *Ju.* De Sulmonensi mira.  
 Sulpitius Galba, Romanus quidam, à quo horrea Sulpitia dicta leguntur apud *Horat.* 4. *Carm.*  
 Sumavesti, pop. sunt Galliz Belgicæ.  
 Summanus, deus antiquis creditus, cui nocturna fulmina tribuebant, sicut diurna Jovi.  
 Summanus dictus fuit Pluto, quasi *summus Manium*. *Plin.* lib. 2. cap. 51.  
 Summœnium, locus Lupanaris Romæ, ut notat *Alexand.* ab *Alexand.* lib. 4. *Genial. dierum*, cap. 18.  
 Sunium, vicus, & prom. est Atticæ. Vulgò *Cabo de Columbas*.  
 Suni, pop. sunt in eadem Attica.  
 Sunium, promont. est Paros ins. *Ptol.*  
 Superatii, pop. sunt in Hisp. *Ptol.*  
 Superaquam, pop. sunt Pelignorum in Italia. *Plin.*  
 Supernates, pop. sunt Italiæ; sicut Infernates, à supero & infero mari. *Fest.*  
 Superum mare, Adriaticum dicitur. Vulgò *Golfo de Venecia*. Inferum verò Tyrrenum. Vulgò *Mar de Toscana*.  
 Suptos, opp. est Mauritanæ Cæsariensis. *Ptol.*  
 Sur, nomen portæ in Templo Salomonis. 4. *Reg.* 11.  
 Sura, locus Lyciæ ubi oracula dabantur. *Steph.*  
 Surdaones, pop. sunt Hisp. citerioris. *Plin.* lib. 3. cap. 3.  
 Suriates, pop. sunt Umbriæ, qui perierunt. *Plin.* lib. 3.  
 Surium, opp. est in Hisp. *Ptol.*  
 Surrentium, promont. est Mauritaniz. *Plin.* lib. 5.  
 Surrentum, opp. est in ora Campaniz à Græcis conditum: alio nomine Petiz Sirenum. *Plin.* lib. 3. cap. 5.  
 Surrentinus, a, um. *Mart.* Surrentina vaser qui miscet vina: & Surrentini colles. *Colum.* lib. 6.  
 Surses, & Sursenz, urbes Pontificiz, à Tur Myrsilio.  
 Susa, orum, civ. est Metropolis Susianæ super Choaspem fluv. sita, diciturque Memnonia. *Her.*  
 Susianus, a, um. *Trog.* Post mortem Alexandri, Susiana gens.  
 Susaleos, villa est in Sardinia ins. *Ptol.*  
 Susiana, regio est Persicæ ditionis in Asia. *Ptol.* lib. 6. cap. 3.  
 Susinus, a, um, ut Susinum unguentum à Susis appellatum.  
 Susudata, civ. in Germania. *Ptol.* (*Plin.*)  
 Sutrium, opp. est Tusciæ Mediterr. *Ptol.* Vulgò *Sutri*.  
 Sutri, pop. sunt Italiæ à Sutrio dicti.  
 Sutrius, a, um. *Sil.* lib. 8. *Qui Sutria telia, Haud procul, &c.*  
 Sutrus, nomen Elephanti, qui in Punico bello fortiter præliatus fuerat, impositum. *Cat.* & *Plin.* lib. 8. cap. 5.  
 Suxei, pop. sunt in Perside regione. *Ptol.*  
 Suy, sive Suius, fluv. pulcherrimus Momoniarum in Hybernia, è monte Blandino nascens, per Archfiniam, Tribacciam, & Clonmeliam, & apud Waterfodiam, in mare descendit. *Cambrensis.*

## S ANTE Y.

Syagra, regio Ciliciz: gentile Syagræus. *Steph.*  
 Syagron, extremum Arabiz Fœlicis promont. ad mare Rubrum, cujus meminit *Plin.* lib. 6. cap. 23. & 28.  
 Syagros, promont. est in Arabia Fœlici. *Ptol.*  
 Syagros, canis nomen apud Sophoclem, à suum venatione impositum, Græcis item *Syagros* aprum significat.  
 Syassus, victus Phrygiæ: gentile Syassæus. *Steph.*  
 Sybais, opp. antiquissimum XII. M. pass. ab Urbe distans.  
 Sybaris, fluv. Calabriz, cujus aqua pota greges stenutamētis agitantur. *Strab.* lib. 6.  
 Sybaris prius dicebatur, quæ postea Turion. *Steph.*  
 Sybarites, pop. sunt illius civitatis.  
 Sybaritæ, gens in architectura voluptatum operosissima. *Suid.*  
 Sybaritæ, enim nimio luxu notabilis erant, undè Sybariticum, quicquid molle, effœminat, atque ambitiosa luxuria partum est, dicitur. Syba-



Sybariticas nequitas, *Philo Hebraeus* vocat lasciva poemata.  
 Sybariticas fabulas, quæ parum pudicæ aut aniles essent, appellatas tradit *Suidas*.  
 Sybaritica mensa, pro inata dicitur, sive Salacia.  
 Sybarissare, Sybaritarum ritu deliciis indulgere.  
 Sybaritanus, a, um. *Var.* in Sybaritano agro.  
 Sybaris, Colchorum quoque est regio. *Diod.* lib. 5.  
 Sybaris, nomen juvenis apud *Horat.* lib. 1. *Carm. Od.* 8.  
 Sybennitica, præfectura maritima in Ægypto. *Steph.*  
 Sybota, portus est in Epiro. *Ptol.* (Sibita.)  
 Sybota, ins. est inter Corcyram, & Leucadiam. *Plin.* Vulgò  
 Sybridæ, vicus in Ærechtheide tribu. *Steph.*  
 Syca, civ. est in Thracia, Sicilia, & Ægypto.  
 Syca, sive Sycæ, arum, civ. est Propontidis.  
 Sycinus, a, um, à Syca, in Propontide. *Plin.* in Sycino agro.  
 Syca, opp. fuit in Sicilia ins. *Thucyd.*  
 Syca, opp. est Numidiæ opinor, ubi est templum Veneris. *Val.*  
 Sycaminum, opp. est Syriæ Phœnices. *Ptol.*  
 Syca, ins. est juxta Ephesum civitatem. *Plin.* lib. 5. cap. 31.  
 Syceus, unus Titanum, quem fugientem Tellus mater suscepit, & inde Sycam protulit. *Steph.*  
 Sycoris, vel Sicoris, Hispaniæ fluminis juxta Herdenses.  
 Sycta, civ. est in Petside regione. *Ptol.*  
 Sycussa, ins. est in mari Ægæo ante Ephesum, *Plin.* lib. 5. cap. 31. (num.)  
 Syderis, fluv. est, à quo mare Caspium vocari incipit Hyrcania.  
 Syene, opp. est dividens Æthiopiæ ab Ægypto. *Plin.* Vulgò  
 Syes, pop. sunt in Italia. *Strab.* (Gaguera.)  
 Sygaros, ins. est in sinu Arabico, in qua nulli sunt canes, atque aliundè importati, circa littora moriuntur. *Plin.* lib. 6. cap. 28.  
 Syginnæ, pop. sunt Lucaniæ. *Herod.* lib. 5.  
 Sylva, mons & Sylva Lucaniæ. *Virg.* 12. *Æneid.*  
 Sylaris, fluv. Picenum à Campania disternans. *Strab.* lib. 5.  
 Sylenus, fluv. est Teuthranis regionis. *Plin.* lib. 5. cap. 30.  
 Syleon, urbs Phrygiæ: gentiis Sylejus. *Steph.*  
 Sylla, nobilis Romanus, ex antiqua Scipionum familia, qui in adolescentia omnibus flagitiis inquinatus, ad Quæsturam evectus vitam penitus commutavit.  
 Syllanus, a, um. *Cic.* Qui nos Syllanos in invidiam rapit.  
 Syllaturio, is, ire, Syllam imitari. *Cic.* Ita syllaturit animus.  
 Syllanion, statuarius nullo ductore nobilis.  
 Syloson, ontis, Polycratis Samiorum tyranni frater. *Strab.*  
 Sylvani, dii sunt sylvarum. *Lucan.* lib. 3.  
 Sylvanus, sylvarum deus, quem Græci Pan vocant.  
 Sylvia, nomen quod Ilia Romuli mater vocata est. *Liv.* 1. ab Urbe.  
 Sylvius, Ascanii filius, à quo omnes Albani Regis dicti Sylvii fuere. *Serv.* in 7. *Æneid.*  
 Symbolorum portus, est in Taurica regione. *Ptol.*  
 Symbri, pop. sunt Corsicæ ins. *Ptol.*  
 Symbri, pop. sunt in Gallia Cisalpina. *Strab.* lib. 5.  
 Symachia, una fuit ex Sybillis, teste Martiano Capella, Hipperensis filia.  
 Symæthus, fluv. est Siciliæ non longe ab Ætna. Vulgò *Marcelio*.  
 Symæthii, pop. sunt Siciliæ ins. à Symethio fluvio.  
 Symæthinus, a, um. *Jal. Firm.* Propè alveum Symethini amnis.  
 Symæthis, idis, à Symætho fluv. *Ovid.* *Nymphæque Symæthi.*  
 Symæthius, a, um. *Virg.* --Symæthia circum flumina, &c.  
 Syme, ins. est Rhodiorum, quæ prius Ægle, à Syma Jalysi filia. *Plin.* lib. 5. cap. 38.  
 Symeon, nomen est viri proprium.  
 Symethia, opp. est Mauritanis Cæsariensis. *Plin.*  
 Symmathica, Venus dicta est à Mantinensibus, quòd in Attico prælio Romanis opem tulisset.  
 Symmachus, Romanus orator, adversus quem Prudentius, & Ambrosius accerrimè scripserunt.  
 Symmachus alius, sacrorum librorum fuit interpret, doctrinæ patrum sinceræ. *Euseb.* lib. 6. cap. 14. *His. E. Hierast.*  
 Symmachus, Romanus Pontifex, regnavit annis 15. mensibus, 5. diebus 26. anno salutis 498.

Symmachus, Consul, ab Urbe condita 1275.  
 Symphus, ins. est adjacens Macedoniæ.  
 Synplegades, ins. duæ, sive scopuli ad Bosphorum Thracium. Vulgò *Pavonare*.  
 Synangus, urbs Phœnicum: gentile Synangius. *Steph.*  
 Synesius, Philosophus Christianus è Pentapoli Africae, præsul Ptolemaidis, scripsit libros, de quibus *Suid.*  
 Synnada, opp. est Phrygiæ magnæ. *Ptol.*  
 Synnada, civ. est Lycaoniæ.  
 Synnadicus conventus, ab eadem Synnada dictus.  
 Syphax, acis, Rex fuit Numidiæ, qui victus à Scipione ductus est in triumphum, spiravitque in carcere. (Sicilia.)  
 Syracusæ, arum, civ. est clarissima Siciliæ. Vulgò *Zaragoza de*  
 Syracusii, sive Syracusani, pop. sunt inde dicti.  
 Syracusius, a, um, Græcè dicitur: Latine Syracusanus.  
 Syracusani, fuere Theocritus, & Dionysius Syracusanus.  
 Syrbanæ, ins. in Euphrate: gentile Syrbanus. *Steph.*  
 Syrbotæ. *Plin.* lib. 7. dicuntur qui *Ptol.* Syrbites.  
 Syrgus, fluv. est in Mæotidem paludem defluens. *Her.* lib. 4.  
 Syria, & Sobal, in titulo *Psalmi* 59. ea est, quæ Palæstina dicitur, regio est latissimè patens in Asia. (citur.)  
 Syria Cæles, id est, *curva*, non ut Galeni interpret vertit, Syria profunda.  
 Syriacus, a, um *Suet.* Exercitus Judaicus, & Syriacus.  
 Syrius, a, um, sive Syrus, a, um, quod est ex Syria  
 Syriaticus, a, um. *Liv.* Adversus eandem Syriaticam classem.  
 Syriissa, æ, mulier è Syria, sicut à Libys Libyssa. *Virgil.* *Copa Syriissa caput Graja redimita mitella.*  
 Syricus, a, um, à Syro ins. ut Syrica mala. *Colum.* lib. 5. c. 10.  
 Syti, à Græcis Cappadoces dicuntur. *Herod.* lib. 1.  
 Syrianus, Alexandrinus, Philosophus Platonius, Athenis docuit: hujus discipulus & successor fuit Proclus. *Suid.*  
 Syricus, Pontifex Romanus, anno 385.  
 Syriæ, gentes sunt inter Nomadas Indos. *Plin.* lib. 7. c. 2.  
 Syrii, pop. sunt Lucaniæ in Italia. *Plin.* lib. 3. cap. 5.  
 Syrinx, Nympha Arcadiæ, quam Pan rusticorum deus adamavit, mutata in palustres calamos.  
 Syricus, ins. est Joniæ, Asiæ opposita.  
 Syrita, filia fuit Sylvaldi Danorum Regis, memorandæ pudicitie. *Saxo* lib. 7.  
 Syrius, stella est in ore Canis posita, quæ annis singulis oritur circa octavum Kalendas Julii.  
 Syrmæum, campus inter Nomadas & Nabatæos. *Steph.*  
 Syrmæ, idem qui Sauromatæ. *Steph.*  
 Syrnus, ins. est una è Cycladibus in Ægeo. *Plin.* lib. 4.  
 Syrocilites, pop. mixti ex Syris & Cilicibus.  
 Syromedi, pop. sunt mixti ex Syria & Media.  
 Syrophœnix, qui habitat in ora maritima Syriæ juxta Euphratem, cujus pars Idumea, & Judæa.  
 Syros, ins. est una è Cycladibus. Vulgò *sira*. (opinor.)  
 Syritanus, Damasus quidam dicitur Hieronymo à Syro insula  
 Syrsigambis, Darii mater, quæ audita morte Alexandri sese perpetuè noxi dedit. *Quint. Cur.*  
 Syrtis, loca circa finem Africae versus Ægyptum periculosissima propter aquas reciprocas.  
 Syrtis, quæ sunt in finibus Africae, major, & minor. Vulgò *Bajos de Berberia*.  
 Syrticus, a, um. *Sil.* Syrticus excelso decurrens robora monte.  
 Syrticæ, pop. sunt Atticæ propriæ. *Ptol.* (thino.)  
 Syrtium descriptionem, vide apud *Sallustium* in bello Jugur.  
 Syrus, ins. Joniæ cum urbe ejusdem nominis, unde Pherocides Syrus ortum habuit.  
 Syrus, a, um, à Syro dicitur insula, sive urbe.  
 Sysia, castellum est penes Segesticam viam, quæ in Italiam ducit ex Danubii finibus. *Strab.* lib. 7.  
 Sysidas, civ. est Ciliciæ Thraciæ finitima.  
 Sytius, insula est Cretæ. *Strab.*

## DE LITTE R A T.

TAbæ, arum, opp. est Cariz. *Plin.* lib. 5. cap. 27.  
 Tabæ, urbs Lydiæ, de qua oraculum Pisidia datum, dicta à Tabo iheroë.



- Tabali, pop. sunt Galliarum Aquitanicæ. *Ptol.*  
 Tabana, opp. est in Taurica Chersoneso. *Ptol.*  
 Tabeni, pop. juxta desertum Carmaniarum habitantes. *Steph.*  
 Tabareni, pop. sunt juxta Calybes. *Pomp. lib. 1. cap. 21.*  
 Tabernæ, locus juxta Romam.  
 Tabiena, ins. est adiacens Persidi regioni. *Ptol.*  
 Tabidium, opp. est Africæ interioris. *Plin. lib. 5. cap. 5.*  
 Tabiana, regio est in Parthia. *Ptol.*  
 Tabieni, pop. sunt Æthiopiæ Ægypti. *Ptol.*  
 Tabii, urbs Italiæ, in qua Remus institutus est. *Steph.*  
 Tabilaca, civ. est in Armenia.  
 Tabis, mare Septentrionale. *Solin. cap. 5.*  
 Tabis, mons Scythiæ prope Serum regionem. *Plin. lib. 6. c. 17.*  
 Tabor, mons est in medio Galilææ, rotundus ac sublimis.  
 Tabraca, opp. est Africæ propriè dictæ. *Silius Sabatram* nominat l. 3. Alii Tabrata, quod minimè mirum est. Barbara enim vocabula & inepta sunt, nec semper eodem sono utraque lingua efferi consueverunt, ut *Hermolaus* scribit.  
 Tabuda, fluv. est in Morinorum ora. *Ptol.* Alio nomine Scaldis. Vulgò *Scalde.*  
 Taburnus, mons est Campaniæ. *Virg. 2. Georg. - Ingentem vestire Taburnum.* Vulgò *Monte Taburo, en sierra de Labor.*  
 Tacasim, civ. est tribu Zabulon. *Jos. 19.* (*Tacit. l. 3.*)  
 Tacifarina, Numidarum Rex, victus à Decio ad Pagydum.  
 Tacape, es, sive Tacapa, æ, opp. est Africæ propriæ. *Ptol.*  
 Tacaphotes, villa est Marmaricæ in Ægypto. *Ptol.*  
 Tacatua, opp. est in ora Numidiæ. *Ptol.*  
 Tachasara, civ. est Mediæ. *Ptol.*  
 Tachelotis, Ægyptiorum, Rex, regnavit annis 12.  
 Tachenso, ins. quædam Nili. *Herod. lib. 2.*  
 Tachorsa, vicus est præfecturæ Libycæ in Ægypto. *Ptol.*  
 Tacitus Cornelius, orator & historicus clarissimus sub Adriano Principe, familiaris Pii Junioris.  
 Tacola, indiæ emporium extra Gangem. Vulgò *Malacha.*  
 Tactus, Rex Ægyptiorum fuit. *Athenaus, lib. 14.*  
 Tacubis, civ. est Hisp. in Lusitania. *Ptol.*  
 Tadzæus, vel potius Thadzæus, nomen est viri proprium.  
 Tader, fluv. est Hisp. citerioris. *Plin. lib. 3. cap. 3.*  
 Tadiates, pop. fuerunt Æquiculorum in Italia. *Plin.*  
 Tænarus, & Tænara, orum promont. est Laconiarum regionis. *Plin.* Vulgò *Cabo Matapan; ó de Marni.*  
 Tænarus, locus umbrosus in radice Malchæ promontorii Laconiarum, in quo fauces erant ad inferos deducentes.  
 Tænarius, a, um, à Tænaro, ut Tænariæ columnæ. *Propert.*  
 Tænaris, idis. *Ovid. Excepit portu Tænaris ora suo.*  
 Tæniolonga, civ. est Mauritaniarum Tingitanicæ. *Ptol.*  
 Tænnon, fuit urbs in Laconia. *Herm. in Plin. lib. 9.*  
 Tæpa, civ. est Persidis regionis. *Ptol.*  
 Tagama, civ. Libycæ interioris. *Ptol.*  
 Tagasta, sive Tagesta opp. est Africæ propriè dictæ, Divi Aurelii Augustini patria. *Plin. lib. 5. cap. 4.*  
 Tagastenus Alipius Concilio Carthaginensi interfuit.  
 Tagastensis, e, à Tagasta superiori.  
 Tages, haruspiciæ inventor fuit. *Cic. lib. de Divin.*  
 Tagri, pop. sunt Sarmatiæ in Europa. *Ptol.*  
 Tagrus, mons Lusitaniarum, apud quem quædam equæ dicuntur è vento concipere.  
 Tagus, fluv. est Hisp. juxta Toletum præterfluens, aureis arenis celebratur. *Plin. lib. 3. cap. 3.* Vulgò *Tajo.*  
 Tani, pop. à Saracenis ad Meridiem vergentes. *Steph.*  
 Taizalum, promont. est in Britannia. *Ptol.*  
 Tala, mons est Libycæ interioris. *Ptol.*  
 Talabrica, opp. est Hisp. *Ptol.* Vulgò *Talavera.*  
 Talæmeneus, viri proprium qui Trojanis auxilia misit.  
 Talamina, civ. est servorum in Hisp. *Ptol.*  
 Talaon, filius fuit Jasii, qui apud Argos regnavit. *Boccat.*  
 Talarenses, pop. sunt Siciliæ insulæ *Plin. lib. 3.*  
 Talaria, urbs Syracusiorum: gentile Talarus.  
 Talasio, virginitatis deus apud Romanos existimatus. *Steph.*  
 Talasio, civ. est in Peloponneso. *Strab.*  
 Talaus, fluv. in Italia. *Strab. lib. 6.* Vulgò *Cocco en Basilicata.*  
 Talbonda, civ. Pisidiæ in Pamphylia. *Ptol.*  
 Talcinum, opp. est in Corsica insula. *Ptol.*  
 Talga, ins. est in Caspio mari sine culto fertilis. *Pomp.*  
 Talthybius, præco Agamemnonis in Græcorum exercitu. *Hom. (Iliad. 1.*  
 Talubath, civ. est Libycæ interioris. *Ptol.*  
 Talus, fluv. est in Mauritania.  
 Tamara, opp. est Britanniarum insulæ. *Ptol.*  
 Tamara, aut Tamaris fluv. est Galliciæ in Hisp. *Ptol.*  
 Tamarici, pop. sunt, à Tamari Galliciæ dicti.  
 Tamarici, fontes sunt in Cantabria. *Plin. lib. 3. cap. 3.*  
 Tamarus, fluv. est Britanniarum ins. *Ptol.* Vulgò *Tone.*  
 Tamarita, civ. est Mauritaniarum Cæsariensis.  
 Tamaritæ, pop. Asiatici non longè à Caspio mari.  
 Tambrax, urbs Parthorum: gentile Tambrajus. *Steph.*  
 Tamia, civ. est Britanniarum insulæ. *Ptol.*  
 Tamna, urbs Arabiæ: cives Tamnites. *Steph.*  
 Tamos, promont. est Tauri montis. *Pomp.*  
 Tamuda, sive Tamnada, fluv. est Mauritaniarum. *Plin.*  
 Tamus, Cretæ urbs est. *Herod. lib. 4.*  
 Tamusida, opp. est Mauritaniarum Tingitanæ Mediterraneum.  
 Tamusiga, opp. est ejusdem Mauritaniarum. *Ptol.*  
 Tamina, urbs est Erethriæ, ubi Juppiter Tamineus. *Steph.*  
 Tamyraça, civ. est in Sarmatia Europæ. *Ptol.*  
 Tanadarus, civ. est Armeniæ minoris. *Ptol.*  
 Tanager, vel Tanagrus, fluv. Lucaniæ inter Campaniam. *Virg. 3. Georg. & sicci ripa Tanagri.*  
 Tanagria, opp. est Bœotiæ. *Plin. lib. 3. cap. 21.*  
 Tanagria altera, civ. est in Perside. *Ptol.*  
 Tanagræus, a, um, res ad Tanagriam pertinens. *Cic.*  
 Tanais, fluv. est Scythiæ dirimens Europam ab Asia, & in Mæotidem paludem defluit. *Vulg. Don, ó Tana.*  
 Tanais, opp. ad fluvii hujus ostia à Græcis conditum. *Plin. l. 2 cap. 98.*  
 Tanais, ins. est Ponti Euxini.  
 Tanais, opp. est in Sarmatia Europæ, & Asiæ.  
 Tanaiteus, a, um, res ad Tanaim pertinens.  
 Tanaitæ, pop. sunt utriusque Sarmatiæ. (*ab Urbe.*)  
 Tanaquil, uxor fuit Prisci Tarquinii magnanima mulier. *Liv. 1.*  
 Tanarus, fluv. est in Padum fluens. *Plin. l. 3. c. 16.* Vulgò *Tanaro.*  
 Tanas, opp. non longè à Tanaro, quod Venetis patet.  
 Tanaris, fluv. est Mysiæ superioris. *Ptol.*  
 Tambertia, portus maritimus Momoniarum in Hybernia.  
 Tanea, vicus est Parthorum. *Trog. lib. 11.*  
 Taner, vir Persa, unus fuit è ducibus Darii.  
 Tangana, civ. est Libycæ interioris. *Ptol.*  
 Tanis, eos, civ. est antiquissima in Ægypto: à qua Tanicum, sive Taniticum ostium, unum ex septem Nili.  
 Tanitana, plaga in Ægypto. *Herod. lib. 2.*  
 Tanites, nomos, præfectura est in Ægypto. *Ptol.*  
 Tanitum, opp. est Galliarum Togatæ in Italia. *Ptol.* Vulgò *Tanedo.*  
 Tanitani, opp. sunt in octava Italiæ regione. *Plin. lib. 3.*  
 Tanos, urbs Cretæ: gentile Tanus. *Steph.*  
 Tantalus, opp. est Joniæ, quod postea Sypilum dictum.  
 Tantalus, Phrygiæ Rex, Jovis ex Priætæ Nymphe filius, cum Troë Dardaniæ Rege bellum gessit. *Eusebius.*  
 Tantalus, apud inferos detrusus, perpetua fame & siti torquetur, quòd deorum secreta mortalibus revelaverit; vel quòd Pelopem filium disceptu & còctum diis comedendum apposuit. *Ovid.*  
 Tantalus dictus, quasi *Talantaton*, i, infelicissimum. *Plaut.*  
 Tantalus alius, Corinthiorum Rex, ob pietatem deorum mensis dignatus. (*situs esca patri. Horat.*)  
 Tantalus alius, Thyestæ ex Merope filius, interfectus & appo  
 Tantalus, mons Lesbi; gentile Tantalus. *Steph.*  
 Taantaleus, a, um. *Propert. Taantalea poterit tradere poma manu*  
 Tantalicus, a, um. *Claud. Non aqua Tantalicus subditur invida curis.*  
 Tantalus, dicta est Niobe Tantalii filia. *Ovid. 6. Metam.*  
 Thaocha, civ. est in Perside regione. *Ptol.*  
 Taochi, pop. in Ponto, qui & Tox. *Steph.*  
 Tapanitæ, pop. sunt præfecturæ Marmaricæ. *Ptol.*



- Taphiz, ins. sunt inter Leucadiam & Achajam. *Plin.*  
 Taphiasus, mons est Ætolizæ regionis. *Plin.* lib. 4. cap. 2.  
 Taphii, dicti sunt pop. à Tapho Neptuni filio.  
 Taphiusa, opp. est Cephallenizæ juxta Leucadem, quondam  
 Taphos appellatum in quo Taphiusius lapis nascitur. *Plin.*  
 lib. 36. cap. 21.  
 Taphnis, civ. in Ægypto, cujus habitatores Taphni dicti.  
 Taphræ, opp. est in Taurica Chersoneso. *Plin.* lib. 4.  
 Taphræ, opp. est Africæ inter duas Syrtis. *Plin.* lib. 5. Vulgò  
*Fasbs, Villa y Puerto.*  
 Taphori, pop. sunt Lusitanizæ stipendiarii. *Plin.* lib. 4.  
 Taphosiris, opp. est Mareoticæ præfecturæ, ita dictum quia  
 in eo sit sepultus Osiris. *Steph.*  
 Taprobane, ins. est in mari Indico admodum grandis.  
 Taprobane, longissima vita sive ullo languore producitur.  
 Tapsacum, opp. est Cyrenaicæ regionis. *Plin.* lib. 5. cap. 5.  
 Tapsus, ins. 10. stadiis distans à Sicilia versus Syracusas.  
 Vulgò *Isla de Magnesi.* Melius, Thapsus.  
 Tapura, civ. est Armentizæ minoris. *Ptol.*  
 Tapiri, pop. Parthizæ, qui proprias uxores aliis viris nuptui  
 concedunt. *Strab.* lib. 11.  
 Tarachizæ, ins. est propè Corcyram. *Plin.* lib. 4. cap. 12.  
 Taranis, dicebatur Juppiter à Gallis, cui humano sanguine  
 litabant. *Lucan.* *Et Taranis Scythizæ non minor ara Dianæ.*  
 Tarantasea, civ. est in Apibus sita. Vulgò *Tarentesa.*  
 Taranta, à quodam heroe dixerunt, inquit *Strab.*  
 Taranton, Græcè genere neutro, quod apud nos Tarentum  
 dicitur.  
 Taras, genere quoque masc. dicitur, pro eo quod Tarentum.  
 Tarantus, urbs Bithynizæ, ubi Juppiter Tarantus colitur. *Steph.*  
 Taras, Neptuni filius, qui Tarentum ædificavit.  
 Tarascodunitani, pop. sunt Provincizæ Narbonensis.  
 Tarba, civ. est Cretæ ins. *Ptol.*  
 Tarbelli, pop. sunt Gallizæ Aquitanicæ. *Plin.* lib. 4. cap. 9.  
 Tarbelicus, a, um. *Luc.* *admissum claudit Tarbelicus æquor.*  
 Tarchetius, impius Albanorum Rex, de quo *Plut.* in vita Ro-  
 Tarchia, urbs Sicilizæ: gentile Tarchiates. *Steph.* (multi.  
 Tarcho, Hetruscorum dux, qui Ænææ contra Turnum, &  
 Rutulos suppetias tulit.  
 Tarcomon, urbs Tyrrenizæ, à Telepho filio Tarchonis. *Steph.*  
 Tardastili, pop. sunt Indorum. *Plin.* lib. 24. cap. 17.  
 Tarentum, civ. est Italizæ in sinu Tarentino. Vulgò *Taranto.*  
 Tarentinus, portus est celebris propè Tarentum. *Plin.*  
 Tarentinus, a, um, quod ex Tarento est, ut Tarentina nux,  
 & Tarentina pyra. *Plin.*  
 Tarentina, prom. est Sarmatizæ Asiaticæ. *Ptol.*  
 Targuli, pop. sunt Germanizæ. *Cæsar.*  
 Tariana, civ. est in Susiana regione. *Ptol.*  
 Tarichea, civ. est Judææ Palestinæ. *Plin.* lib. 5.  
 Tarichia, ins. sunt è regione Carthaginis. *Strab.* lib. 17.  
 Tarina, civ. est Armentizæ majoris. *Ptol.*  
 Tationa, castellum est Liburnizæ seu Dalmatizæ. *Plin.*  
 Tatorarum, antiqua regio est in Liburnia. *Plin.* lib. 3.  
 Tarna, civ. est in Bœotia. *Strab.* lib. 9.  
 Tarne, es, fons est in Lydia regione. *Plin.* lib. 2. cap. 29.  
 Tarnes, fluv. est in Gallia Aquitanica. (*Jingen.*  
 Tarodunum, opp. est in Germania magna. *Ptol.* Vulgò *Ried.*  
 Tarona, civ. est in Taurica Chersoneso. *Ptol.*  
 Tarpeja, Virgo Vestalis, teste Varrone, filia fuit Tarpeii,  
 quæ Romanam Arcem in Capitolio constitutam Sabinis  
 prodidit.  
 Tarpejus, mons Romæ, à Tarpeja Virgini Vestali dictus,  
 quæ ibi à Sabinis necata & sepulta fuit. (retur.  
 Tarpejus, dictus est Juppiter, à monte Tarpejo, quod ibi cole-  
 Tarpejus mons, prius Saturnius, postea Capitolium dictus.  
 Vulgò *Campidolio.*  
 Tarpejus, a, um. *Lucan.* *Tarpeja de rupe tonans.*  
 Tarphe, urbs Lucrorum: gentile Tarpheus. *Steph.*  
 Tarphe, urbs Fœlicis Arabizæ: civis Tarpheus. *Steph.*  
 Tarquinii, orum, opp. fuit Tusciæ Mediterraneum. *Ptol.*  
 Tarquiniienses, pop. sunt Hetrurizæ. *Plin.* lib. 8. cap. 52.  
 Tarquiniensis, e, res ad Tarquinos pertinens.  
 Tarquinius Priscus, quintus fuit Romanorum Rex. *Liv.*  
 Tarquinius Superbus, Rex Romanorum, cognomen à mori-  
 bus meruit. Hujus filius Lucretiam stupravit.  
 Tarquinius Collatinus, Ægerii filius ex sorore Tarquini Su-  
 perbi, Lucretizæ maritus. *Liv.* lib. 1.  
 Tarrabeni, pop. sunt Corsicæ ins. *Ptol.*  
 Tarracina, civ. est Latinorum in Italia. *Ptol.* Vulgò *Garta.*  
 Tarracina postea dicta, quæ prius Anxur: & Trachina etiam  
 dicta, à loci asperitudine. *Livius.*  
 Tarracon, vel potius Tarraco, civ. est Hisp. citerioris. *Pomp.*  
 lib. 3. Vulgò *Tarragona*: à qua  
 Tarraconensis Hisp. eadem quæ citerior.  
 Tarraconense vinum, celebratur à *Martiali.*  
 Tarraga, civ. est Vasconum in Hisp. *Ptol.*  
 Tarragenses, pop. sunt Hisp. citerioris. *Plin.* lib. 3.  
 Tarrum, opp. est Mauritanizæ Cæsariensis. *Ptol.*  
 Tarsatica, civ. est in Illyride seu Liburnia. *Ptol.*  
 Tarse regnum, Asiæ Regio, quæ olim Gedrosia.  
 Tarsejum, urbs juxta Herculis columnas. *Polyb.* (dixit.  
 Tarsis, Regio Judææ, ad quam Jonas Propheta, se ire velle  
 Tarsium, civ. est Pannonizæ inferioris. *Ptol.*  
 Tarsus, civ. est Mediterr. Cilicizæ. *Ptol.* Vulgò *Tarro.*  
 Tarsus, à Perseo Danaës filio ædificata fuit. *Lucan.* lib. 4.  
 Tarsus, Apostoli Pauli fuit patria.  
 Tarsis, Regio dicta est, quæ postea vocata Cilicia.  
 Tarsenses adeò studiosi Philosophizæ fuerunt, ut Athenien-  
 ses, & Alexandrinos superarent.  
 Tarsensis, e, à Tarso, ut Tarsense pelagus. *Columel.*  
 Tartari, Sarmatizæ pop. Scythicis moribus immaniores.  
 Tartari, videntur esse qui Tartari, & nunc Tartari.  
 Tartarus, locus infernalis, cujus apud Poëtas crebra mentio.  
 Tarteus, civ. est Bæticæ, eadem quæ Carteja. *Pomp.* Vulgò  
*Tartja.* (vir.  
 Tartessus, fluv. idem est qui Bætis, postea dictus *Guadalqui-*  
 Tartessiacus, a, um. *Sil.* *Ac Tartessiacus tendit per littora portus.*  
 Tartessus, a, um. *Ovid.* *Presserat occiduus Tartessia iusora*  
*Phæbus.*  
 Tarvalzæ, pop. sunt Libyæ interioris. *Ptol.* (*Terovana.*  
 Tarbana, opp. es Morinorum in Gallia Belgica. *Ptol.* Vulgò  
 Taruda, opp. est Mauritanizæ Cæsariensis. *Ptol.* (*Dungisbe.*  
 Taruedum, quod & Oreas, opp. est in Britannia. *Ptol.* Vulgò  
 Taruntius, vir fuit Philosophizæ, & Mathematicæ studiosus.  
*Plut.* in Romulo.  
 Tarus, fluv. est in Padum defluens. *Plin.* l. 3. c. 16. Vulgò *Tarra.*  
 Tarusates, pop. sunt Gallizæ Aquitanicæ. *Cæs.*  
 Taruscum, opp. est Provincizæ Narbonen. *Ptol.* Vulgò *Tararcon.*  
 Tasmenes, unus ex filiis Nestoris, Melius *Thrasymedes.*  
 Tasta, civ. est in Aquitania. *Ptol.*  
 Tastina, civ. est Armentizæ minoris.  
 Tatianus, nomen est viri proprium.  
 Tatienses, tertia pars pop. Romani, à T. Tatio dicta.  
 Tattius, Rex fuit Sabinorum, qui adversus Romam bella ges-  
 sit, sed demum à Romulo in Urbem receptus est.  
 Tatta stagnum Salis nativi in gente Morimorum in con-  
 finio Cappadociæ & Galatizæ. *Strab.*  
 Tattæus, a, um. à Tatta stagno, ut Tattæus sal.  
 Tattæus sal, Phrygius vocatur, qui est utilis oculis. *Diosc.*  
 Tava, urbs Ægypti: civis Tavites. *Steph.*  
 Tava, urbs Sicilizæ: gentile Tavacinus. *Steph.*  
 Taucira, civ. Barceæorum. *Herod.* lib. 4.  
 Taugetos, *Hom.* 6. *Odiss.* pro eo quod Troygetos, per au-  
 diphibongum dicitur. (in prima.  
 Taugetos, & Taugeton quoque dicitur, per *eta*, & *ypsilon*  
 Taunium, opp. est Toremorum in Galatia. *Ptol.*  
 Taulantii, pop. sunt Liburnizæ. *Plin.* lib. 3. cap. 22.  
 Taulantii, pop. sunt Macedonizæ. *Ptol.*  
 Taurania, opp. in agro Campano. *Plin.* lib. 3. cap. 3.  
 Tauratii, pop. in Taurica regione constituti. *Steph.*  
 Tauræa Jubellus, Campanus, vir memorandæ fortitudinis.  
*Livius de Bello Pun.* lib. 2.



Taurentium, opp. est Galliae Narbonensis. *Ptol.*  
 Taureus, Neptuni epitheton, quia ei Tauros immolabant.  
 Tauri, orum, pop. Sarmatiae Europae, à quibus  
 Taurica Chersonesus dicta, quae regio est Septentrionalis  
 Europae. Vulgò *Capha*.  
 Taurii, & Taurilia, ludi in honorem deorum inferorum facti.  
 Taurianum, opp. est in littore Brutio juxta Rhegium.  
 Taurianus sinus, cognominatus ab eodem oppido.  
 Tauri, & Taurici, pop. sunt regionis Tauricae.  
 Tauricus, a, um, vir, aut foemina ex Taurica regione.  
 Tauricum, opp. est Galliae, unde oritur Danubius.  
 Taurini, cognomine Aquenses, pop. sunt Hetruriae.  
 Taurini, pop. sunt in Transpadana regione. *Plin.* lib. 3. Vulgò *Piamonte*.  
 Taurinus, a, um, Sil. *Taurinis ductor statuit tentoria campis*.  
 Taurisani montes, unde Silis fluv. oritur. *Plin.* lib. 3. c. 18.  
 Taurisani, Venetiae pop. sunt, qui & Taurisacii dicuntur.  
 Taurisci, populi Germaniae sunt qui postea Norici. *Plin.* lib. 3. cap. 20.  
 Taurisium, civitas est condita à Taurisanis, sive Tauricis. Vulg. *Trivisi*.  
 Taurisium, corruptè profert Trivisium *Joann. Anno*.  
 Taurois, urbs Gettica Masiliensium Colonia. *Steph.*  
 Taurominium, opp. Siciliae in colle situm, cui Tauri nomen fuit. Vulgò *Taormina*.  
 Taurominitanus, a, um, res ad Taurominium pertinens. *Silius*.  
 Tauroentium, opp. Galliae Narbonensis, quod supra Taurentium.  
 Tauropolion, Dianae templum in Samo. *Strab.* lib. 14.  
 Tauroscithae, pop. sunt Sarmatiae in Europa. *Ptol.*  
 Taurubulae, arum, ins. prop. Neapolim. *Stat.*  
 Taurunum, sive Taururum, opp. est Pannoniae inferioris. *Ptol.* Hodie Alba Graeca. Vulgò *Belgrado*.  
 Taurus, Berytius, Philosophus Platonicus sub Antonino Pio, cujus saepe meminit *Gellius*.  
 Taurus, mons ingens Asiae ad Occasum porrectus propè Tigrin, & ultra Euphratem. *Ptol.* Vulgò *Cortestan*.  
 Taurus, prom. est Siciliae insulae. *Ptol.* Vulg. *Cabo de Santa Cruz*.  
 Taurus, mons est Germaniae. *Pomp.* lib. 3. cap. 3.  
 Taurus, alveus est quo Alexandriam aditur. *Plin.* lib. 5. c. 31.  
 Taurus, civ. est in Dalmatia.  
 Tauri, prom. est in Lycia regione. *Pomp.* lib. 1.  
 Taurica, civ. est in Media. *Ptol.*  
 Taxiana, ins. est adiacens Susianae regioni. *Ptol.*  
 Taxilia urbs Indiae maxima: gentile Taxilites. *Steph.*  
 Taxilae, pop. ejusdem urbis in India. *Strab.* lib. 35.  
 Taygeta, Atlantis & Plejones fuit filia, ex qua Juppiter Lacedaemonem genuit, una è septem Plejadibus. *Serv.* Nonnulli Semeles filiam faciunt.  
 Taygetus, i, vel Taygeta, orum, mons est Laconiae Libero patri sacratus, sub quo Sparta, & Amyclae. *Virg.* *virginibus baccata Laconis Taygeta*.  
 Tazena, civ. est in Media. *Ptol.*  
 Tazo, opp. est Sarmatiae Asiaticae. *Ptol.*  
 Tazos, opp. est in Taurica Chersoneso. *Ptol.*

## T A N T E E.

Teaenum, civit. est Campanorum Mediterranea. *Ptol.*  
 Teaenum, civ. quoque est Apulorum Dauniorum. *Ptol.*  
 Tearco, Aethiopiae Rex maximus, qui externas subegit gentes. *Strab.* lib. 5.  
 Teari, qui Julienses, pop. sunt conventus Tarraconensis.  
 Tearus, fluv. est Thraciae in Attica regione. *Plin.* lib. 4.  
 Tearus, fluv. est salutaris in Contadesdum amnem defluens.  
 Teate, civ. est Marrucinorum in Italia. *Ptol.* Vulgò *Chieti, en Abruzzo*.  
 Teatini, pop. sunt Marrucinorum in Italia. *Plin.* lib. 3. c. 12.  
 Tebunda, civ. est Cappadociae. *Ptol.*  
 Tecilia, civ. est Germaniae magnae. *Ptol.*  
 Tecmon, urbs Thesprotiorum: civis Tecmonius. *Steph.*  
 Teetosagae, pop. sunt Galatiae, sive Gallograeciae. *Ptol.*  
 Teetosages, apud Ausonium appellantur Teutosagi.

Teetosagum, opp. est Provinciae Narbonensis. *Plin.* lib. 3.  
 Tedamensii, pop. sunt Africae propriae districtae. *Ptol.*  
 Tedavium, flumen est in Illyride regione. *Plin.* lib. 3. cap. 21.  
 Teder, opp. Mediterraneum Umbriae. *Plin.*  
 Tediastum, civ. est Liburniae. *Ptol.*  
 Tedifera, dea Ceres dicta est, cujus sacra nonnulla fiebant. *Ovid.*  
 Tedion, civ. est Arabiae desertae. *Ptol.*  
 Tega, opp. est Africae inter duas Syrtes. *Ptol.*  
 Tegae, opp. est in Arcadia regione. *Plin.* lib. 4. cap. 6.  
 Tegaeus, a, um, ab ea regione; sicut à Nemæa, Nemaeus, a, um.  
 Tegaeaticus, a, um, à Tegae, unde *Pan deus tegaeaticus*.  
 Tegaeaticum, bellum cum Lacedaemoniis. *Her.* lib. 1.  
 Tegaeaticus volucer & ales, Mercurius dicitur. *Stat.*  
 Tegessus, urbs Cypri, gentile Tegesius. *Steph.*  
 Tegyra, civ. Baeotiae, Apollinis patria, unde dictus est Tegytejus. *Steph.* (plum Apollinis. *Salust.*)  
 Tejum, urbs in Paphlagonia, unde ortus Anacreon, ubi tem-  
 Tejus, a, um, à Teo ins. contra Lesbum. *Ovid.* *Præcepit Liby-  
 ci Teja Musa senis*.  
 Teladusii, pop. sunt Mauritaniae Caesariensis. *Ptol.*  
 Telamon, Aiaci filius, Pelei frater, & pater Ajacis.  
 Telamonides, forma patronymici, dicitur Ajax, Telamonis filius. (*Telamone*.)  
 Telamon, portus est Umbriae in Italia. *Plin.* Vulgò *Puerto de  
 Telamon*, inter portum Herculis & caput Hetruriae. *Joann. Anno.* Vulgò *Cabo de Monte Argentario*.  
 Telandrus, opp. & ins. est in mari Lycio. *Plin.* lib. 5. c. 31.  
 Telchina prius dicta est, quae postea Rhodus. Vulgò *Rodas*.  
 Telchines, filii Minervae, & Solis, iidem qui postea Coryban-  
 tes & Idæi. *Strab.* lib. 10.  
 Telchis, urbs Aethiopiae in Libya: gentile Telchites. *Steph.*  
 Telchinia, Peloponnesi urbs, quae postea Sycion dicta.  
 Telchinus, Apollo dictus est apud Lydios, à Telchinibus hominibus maleficis & fascinatoribus, qui Rhodum incolebant. *Pseph.* lib. 1.  
 Telchines, daemones dicuntur invidi, & hominibus malefici.  
 Telchius & Amphitus, Castoris & Pollucis aurigae fuerunt, à quibus fera gens Heniochorum orta. *Plin.* lib. 6. cap. 5.  
 Teleba, civ. est Albaniae. *Ptol.*  
 Teleboae, Aetoliae pop. fuerunt latrocinio infamati.  
 Teleboae, fuerunt quoque Capreae populi. *Virg.* l. 7. *Aeneid.*  
 Teleboas, unus ex Centauris, Ixionis & Nubis filius. *Boc.*  
 Telebois, pars est Aetolianae. *Steph.*  
 Telecrus nomen proprium Regis Laconiae.  
 Telegonus, Ulyssis filius ex Circe, qui patrem interfecit.  
 Telemachus, fuit Ulyssis ex Penelope filius. *Ovid.*  
 Telemas, Eurymi filius, & vates egregius inter Cyclopes, Polyphnemo praedixit, quae ab Ulyse passus est. *Ovid.*  
 Telephanes, vir carrucarius, ad Regnum Lydorum ex oraculo  
 Telephanes, tibicen, cujus meminit *Demosthenes*. (accersitus.)  
 Telephus, Herculis filius ex Auge Nympha, filia Alcæi Arcadiae Regis, qui à cerva nutritus fertur.  
 Telephus Pergamensis Grammaticus, scripsit ferè omnia, quae ad Grammaticam pertinent. *Suid.*  
 Telephus, mendicus peram gestans apud *Aristophan.*  
 Telephi fons, in Lycia est, & stadiis 7. à Pataris distat. *Steph.*  
 Telesco, Nympha, Oceani, & Tethyos filia. *Hesiod.*  
 Telosilla, mulier fuit poetria nobilis. *Pausan.*  
 Telesphorus, Pontifex Romanus, anno 140.  
 Telesta, civ. est Samnitum in Italia. *Ptol.*  
 Telestho, us, Nympha fuit Oceani & Tethyos filia. *Hesiod.*  
 Telestor, pater fuit Euripidis Poetae. (*Ovid.*)  
 Teletusa, mater Iphidis puellae, quae in puerum mutata fuit.  
 Telis, fluv. est Provinciae Narbonensis. *Plin.* lib. 3. cap. 4.  
 Tellen, tibicen fuit & Poeta ineptissimus. *Erasm.* in *Proverb.*  
 Tellenis cantilenas canere, proverb. in dicaces, & ineptè loquaculos.  
 Tellene, opp. est Latii, quod interiit. *Plin.* lib. 3. cap. 5.  
 Tellias, vates fuit Eleus, cujus stratagema vide apud *Herod.* lib. 8.  
 Telmeta, urbs Cariae: gentile Telmetæus. *Steph.*



- Tellus, vir pauper Atheniensis, quem Solon Cræso foeliciorem esse dicebat. *Plut. & Herod.*
- Tellus, uris, dea terræ credita est antiquis. *Cic. de Natur. deor.*
- Telmessus, sive Telmissus, opp. est Lyciæ. *Ptol.* (ditore.)
- Telmessus, prius Temmessus, à Temmesso Apollinis filio con-
- Telmessus, à Termesso differt, nam Termessus in Pisidia est.
- Telmessum, inquit *Plinius* urbem quondam fuisse religio-
- sissimam.
- Telmessus, sive Telmesus, simplici, & duplici scribitur.
- Telmessus, inscribitur fabula *Aristophanis* à Telmeside promon-
- Telmessus antea vocabatur Oropus, Syriæ civ. *Steph.* (torio.)
- Telobis, civ. est Lacetanorum in Hisp. *Ptol.*
- Telos, ins. est una è Sporadibus in Ægæo. *Plin.* lib. 4. Vulgò
- Telos, ins. Epitropo objacet. *Herod.* lib. 6. (Episcopi.)
- Telina, unguenta, à Telo insula. *Plin.* lib. 4. cap. 12.
- Telphusa, fons Bœotiæ frigidissimus, cujus aquas Tiresias va-
- res eum senex potasset, & ferre non potuisset, extinc-
- Telphussa, opp. est in Arcadia regione. (tus est.)
- Telphussum, opp. est in Bœotia, ubi laudatur Bacchus à
- Telus, Sibaritarum tyrannus. *Herod.* lib. 5. (Pindaro.)
- Temandrus, mons est Libyæ interioris. *Ptol.* Rectius Mandrus.
- Tembrius, fluv. est juxta Pont. *Orph. in Argonauticis.*
- Tembros, urbs Cypri, in qua Hyllates Apollo colitur. *Steph.*
- Temenia, urbs Phrygiæ juxta Lycaoniam. *Steph.*
- Temenites, fons in agro Syracusano. *Plin.* lib. 3. cap. 8.
- Temenium, opp. est in Peloponneso. *Strab.* lib. 8.
- Temesa, opp. est Calabriæ in Brutiis. *Plin.* lib. 3. cap. 5.
- Temese, opp. est Cypri, ubi æris sodinarum locus ostendi-
- tur: gentile Temesites. *Steph.*
- Temesæus, a, um. *Ovid.* *Temesæaque concrepat æra.*
- Temnices, pop. sunt Bœotiæ. *Strab.*
- Temnos, urbs Æolidis, Hermogenis Rhétoris patria. *Cic.*
- Tempe, loca amœna Thessaliæ, quinque millia pass. lon-
- gitudine.
- Tempe, loca sunt etiam in Bœotia, quæ *Ovid.* Gigneja di-
- cuntur. (Temesa.)
- Tempa, opp. est Brutiorum ita Græcis dictum, sed Latinis
- Tempis, cacumen Timoli montis, in quo supra 150. ann.
- vivunt incolæ. *Plin.* lib. 7. cap. 48.
- Temus, vel Temos, fluv. est Sardinia insulæ. (Gallico.)
- Tencatheri, vel Tencheri, pop. sunt Germaniæ. *Cæs. de Bello*
- Tenea, vicus Corinthi, à Theno Cycni filio. *Steph.*
- Teneas, fluv. est in Tyberim defluens. *Strab.* lib. 5. Vulgò
- Topino, en el Ducado de Spoleto.*
- Tenebrium, promont. est Hispaniæ Tarraconensis. *Ptol.*
- Tenebrius, portus est in eadem Hisp. *Ptol.* (Tenedo.)
- Tenedos, ins. est maris Ægæi contra Sigæum litus. Vulgò
- Tenedius, a, um. *Cic.* *Tenediorum igitur libertas, &c.*
- Teneros, opp. est in Bœotia. *Strab.* lib. 9. (3. in Verr.)
- Tenes, creditur fuisse deus in Sicilia, ac Tenedi conditor. *Cic.*
- Tenes, Cycni filius, à quo Tenea vicus Corinthi. *Steph.*
- Tenia, opp. est Arcadiæ regionis.
- Tenias, civ. est Asabatidis regionis Sarmatiæ Asiaticæ. *Ptol.*
- Tenissa, opp. est Mauritanæ Cæsariensis. *Ptol.*
- Teniræ, credebantur esse sortium deæ, quod tenendi potesta-
- tem haberent. *Fest.*
- Tenos, ins. una è Cycladibus. *Plin.* Vulgò *Tine.*
- Tensa, ins. est Italiæ à Leontibus habitata. *Silin.*
- Tensii, pop. sunt Mysiæ inferioris.
- Tentyris, ins. est Nili. *Plin.* lib. 8. cap. 25.
- Tentyriti, sive Tentyritii, vel Tentyritæ, insulani dicuntur.
- Tentyris, civ. est Metropolis Ægypti. *Ptol.*
- Tentyrites, nomos, præfectura est in eadem Ægypto. *Ptol.*
- Tenucani, Græci fuerunt Pisanum conditores.
- Teon, prom. est Cretæ insulæ.
- Teos, civ. est Joniæ, Anacreontis patria. *Horat.*
- Teos, civ. Scythiæ, ad paludem sita cui oleum copiose in-
- Teracatris, pop. sunt Germaniæ magnæ. *Ptol.* (nata. *Steph.*)
- Terapna, civ. est in Licaonia regione, Helenæ patria.
- Terapne, opp. est Cretæ Medieterr. *Plin.* lib. 4. cap. 12.
- Terapne, ab aliquibus cum aspiratione scribitur *Teraphne.*
- Teraphneus, a, um. *Ovid.* *Rure Therapneon nata puella Phrygem.*
- Terapse, ins. non magna juxta Carthaginem. *Steph.*
- Terbetia, urbs Siciliæ, cives Terbentini. *Steph.*
- Terebia, civ. est Armeniæ majoris. *Ptol.*
- Terebis, fluv. Hispaniæ Tarraconensis. *Ptol.* lib. 2. cap. 26.
- Tuder. *Plin.* lib. 3. cap. 14.
- Terebus, fluv. est Hisp. Tarraconensis. *Ptol.*
- Teredon, civ. est in Babylonica regione sive Persica.
- Terentia, Ciceronis uxor ex ipsius litteris notissima. Hæc
117. vixit annis, teste *Plin.* lib. 7. cap. 48.
- Terentius, Poëta Comicus, Carthagine natus.
- Terentinus Scaurus, Grammaticus Adriani Principis tempo-
- ribus, scripsit de Cæsarii Vindicis erroribus.
- Terentius Culeo, Senator Romanus, captus à Cartaginensi-
- bus, redemptus ab Africano majore. *Liv.* lib. 10. de *Bello*
- Punico.* Hinc natus error apud indoctos, qui Terentium
- Comicum à Pœnis captum, & à Scipione redemptum pu-
- Terentius Varro, collega Æmilii Pauli. (tavere.)
- Terentianus, a, um, adject. à Terentio. *Quint.* lib. 6. cap. 3.
- Terentus, locus Romæ in campo Martio, ita dictus quod
- in eo loco arca Ditis patris in terra occultaretur, quæ lu-
- dis tantum sæcularibus ostendebatur. (ta. lo.)
- Terentinus, a, um. Auson. *Trina Terentino celebrata trinoclia*
- Terentus, vel à ruminando Rumora, & Serra, quod secaret
- Terentus inde dictus, quod ripam fluminis tereret. (ripas.)
- Terentini ludi, centesimo quoque anno tribus diebus, ac
- noctibus celebrabantur. *D. August. de Civ. Dei* lib. 3. cap. 18.
- Tereus, Rex Thracum, Martis ex Bistonide Nymphea filius.
- Tergamon, ins. est Rhodiorum. *Plin.* lib. 5. cap. 31.
- Tergemina, Diana dicta est.
- Tergestum, colonia est Istriæ. Vulgò *Trieste.*
- Tergestum, stadiis 180. ab Aquileja distat. *Strab.*
- Tergilani, pop. sunt Lucanorum in Italia. *Plin.* lib. 3.
- Terias, fluvius Siciliæ juxta Catanam. *Plin.* lib. 3. cap. 8.
- Teridata, civ. est Mesopotamiæ ad Euphratem. *Ptol.*
- Terina, Brutiorum oppidum maritimum, à quo sinus proxi-
- mus Terinæus appellatur. *Plin.* lib. 3. cap. 5.
- Terina, ins. est una è Syrenibus, quæ à Lygia una Syrenum
- Terini, pop. sunt Britannia insulæ. (colebatur. *Lycophron.*)
- Termetra, opp. est Lydiæ Mæoniæ in Asia propria. *Ptol.*
- Termera, opp. est Carizæ regionis. *Plin.* lib. 5. cap. 29.
- Termerium, Myndiorum est promontorium, alteri Candariæ
- oppositum. *Strab.* lib. 14.
- Termes, opp. est Arevacorum in Hisp. *Ptol.*
- Termessus, opp. est Carbalizæ in Pamphylia. *Ptol.*
- Termessus, civ. gemina in Pisidia, major scilicet, & minor.
- Termile prius dicebatur, quæ nunc Lycia. *Strab.*
- Termilæ, pop. sunt Lyciæ è Creta oriundi, qui prius Minyæ
- & Solymi vocabantur. *Herod.* (esse existimabantur. *Fest.*)
- Terminus, deus apud antiquos, in cujus tutela fines agrorum
- Terminus in loco quo colebatur, ibi super eum foramen pa-
- tebat in tecto.
- Terminum enim intra tecta consistere nefas arbitrabantur.
- Terminus solus, reliquos inter deos Jovi cedere noluit. *Ovid.*
- Terminalis lapis, dicitur terminus ipse lapideus. (lib. 2. *Fest.*)
- Terminalis Apollo dictus est, ab adjudicandis finibus: quod
- Hormienses de terræ finibus contendentes, victores fecerit.
- Palep.* lib. 1.
- Terminalia, orum, festa erant ipsius dei Termini. *Liv.*
- Termontium, civ. est Thraciæ regionis.
- Terprander, ex Antissa Lesbi civitate Poëta Lyricus. *Suid.*
- Terpnus, citharædus fuit, cujus cantu summe oblectabatur
- Nero. *Suetonius.* (delesteur.)
- Terpsichore, una Musarum, sic dicta quod choreis & tripudiis
- Terpsichore, à quibusdam Citharistria vocatur.
- Therpillus, civ. est Mygdoniæ in Macedonia. *Ptol.*
- Tertia, sive Tertula per diminutionem, Bruti soror, uxor
- Casii. *Cic. ad Attic.* lib. 14. cap. 18.
- Tertius, nomen viri proprium. *Paul. ad Rom.* 16. (clesiæ.)
- Tertulianus, scriptor Ecclesiasticus, temporibus nascentis Ec-
- Tertullus, nomen oratoris cujusdam accusatoris Pauli. *Act.* 24.



Tertullus, Consul, anno salutis 412.  
 Teseapha, civ. est Mesopotamiz ad Tigrim. *Ptol.*  
 Tesprotæ, opp. sunt in Epiro. *Ptol.* rectius Thesprotæ.  
 Testis, fons est apud Irasa locum in Africa. *Herod.*  
 Tetagoda, civ. est in Albania. *Ptol.*  
 Tethiopobata, pop. sunt in Libya. *Herod.*  
 Tethys, Cæli & Vestæ filia, Saturni soror, Neptuni uxor,  
 & Nympharum mater. *Ovid.*  
 Tetra, civ. est Cypri insulæ. *Strab.*  
 Tetrachorita, pop. qui aliàs Bessis. *Strab.* lib. 7.  
 Tetrapolis, civ. est in Peloponneso.  
 Tetrapolis, regio est Syriæ Antiochenæ, à quatuor præcipuis  
 urbibus. *Strab.* lib. 15.  
 Tetrapolis, dicta est alia Atticæ pars, quòd vicos & civita-  
 tes quatuor haberet. *Step.*  
 Tetrapyrgia, civ. est in Cappadocia. *Ptol.*  
 Tetricus, mons in Sabinis asper atque arduus. *Virg.* Vulgò  
*Monte Severo, y Monte Negro.*  
 Tetricus, fluv. est Cypri ins. *Ptol.*  
 Tetricus Caballus, vici proprium, quò sub Vespasiano & filii  
 claruit, & propter scurrilitatem, à calcitratu Caballi no-  
 men adeptus est. *Culep.*  
 Teuca, Regina Illyricorum, quæ Romanos sæpè fregit. *Plin.*  
 Teucer, & Teucris, Scamandri Cretenus filius, qui in Troade  
 regnavit, unde Iliensium Regum origo, & ab ipso Troja  
 dicta est Teucra, & Trojam ipsi Teucris.  
 Teucer iste Salaminam in Cypro condidit. *Iust.* lib. 44.  
 Teucer alius, Cyzicenus, scripsit de terra quæ profert aurum,  
 & de Cyzicenoribus rebus. *Suid.*  
 Teucer aliter, Ajaxis Telamonii frater, sagittandi peritissimus,  
*Hom.* lib. 8. *Iliad.*  
 Teucer, possessivum, idem quod Trojanus, ut *Campi Teucris.*  
*Virg.* (lib. 5. cap. 5.)  
 Teuchira, urbs Lybiæ Cyrenaicæ, Arsinoë quoque dicta. *Plin.*  
 Teucris, urbs & regio Troadis, Dardania post dicta. *Steph.*  
 Teutademus, pater Pelasgi. *Hom.* 2. *Iliad.*  
 Teuderium, Germaniæ urbs. Hodie Paderborna. *Steph.*  
 Teumessus, mons Bootiæ, à quo Leo Teumessus, quem  
 Hercules adhuc penè puer occidit.  
 Teumessus, fluvius, & opp. in Thebanis finibus. *Strab.* lib. 9.  
 Tevochis, urbs Ægypti, & lacus ejusdem nominis. *Steph.*  
 Teurici, pop. sunt Daciæ. *Ptol.*  
 Teutatem Galli humano cruore placabant. *Lucl.* lib. 7.  
 Teutates, lingua Gallica dictus est Mercurius. *Lucan.* (tur.  
 Teutates, inventor Geometriæ, & Astronomiæ à Platone dici-  
 Teutha, Regina Illyricorum, quæ supra Teuca. (*Iliad.*  
 Teuthada mas, pater Pelasgi, qui supra Teutademus. *Hom.* 2.  
 Teuthis, Princeps Græcorum, qui indignatus quòd in Auli-  
 dis rupes impegisset, Palladem vulneravit hasta.  
 Teuthrania, quæ Thymena, civ. est Galatiæ. *Ptol.*  
 Teuthrania, regio est Troadis Mediterranea. *Plin.* lib. 5. c. 30.  
 Teuthraniam, à Teuthrante dicta esse, censet *Steph.*  
 Teuthranii, pop. sunt Laconiæ regionis.  
 Teuthranus, Axili pater. *Hom.* 6. *Iliad.*  
 Teuthras, autis, Rex Mysiæ Pandronis filius, & Thespii pater.  
 Teuthranteus, a, um. *Ovid.* *Peneusque senex, Teuthranteusque*  
*Caicus.* (*Plin.* 1. 4. c. 26.)  
 Teuthria, ins. est in mari Adriatico, littori adjacens Apulo.  
 Teutones, sive Teutoni, Germaniæ populi. *Plin.* lib. 4. cap. 14.  
 Teutones, dicti ab eorum deo Teutone, quem terra ortum  
 existimabant.  
 Teutonicus, a, um. Prop. *Teutonicas refringat opes.*  
 Teutonicus capilli, quales Teutones gestare solent, flavi. Mar-  
 tial. *Caustica Teutonicos accendit spuma capillos.*  
 Texali, pop. sunt Britanniz insulæ. *Ptol.*

## T A N T E H.

Thabis, Scythiæ mons in Asia. *Pomp.* lib. 3.  
 Thabor, vulgò Saron, mons est in medio Galileæ campo mi-  
 ra & sublimi rotunditate, in quo Salvator transfiguratus  
 est. *Matth.* 17. Civitas etiam in tribu Zabulon, Levitis da-  
